


REIPUBLICÆ CHRISTIANOPOLITANÆ DESCRIPTIO,

PSALM. LXXXIII.

Præstat dies unus in DEI atrijs quàm alibi mille: malim in DEI mei domo ad limen esse quam in impiorum tabernaculis habitare. Nam Sol & propugnaculum Iehova DEUS, Iehova gratiam, gloriamq; confert ijs, qui se gerunt innocentes, eis bona non denegans.



ARGENTORATI,

Sumptibus hæredum LAZARI ZETZNERI,


Anno M. DC. XIX.



S. I. C.

VIR REVERENDE, ET DIGNISSIME DN. JOANNES ARNDTI, &c.

Pater in Christo colende,



Æc nova *Civitas* nostra Te agnoſcit, & reſpicit, nam cùm ex magnâ illâ Hieroſolymá, quam ingenti Spiritu, invitis ſophiſtis extruxiſti, minuta colonia deducta ſit, non poteſt non omnia ad Te referre, & pro inſtitutis, Legibusq; gratias agere, ſimul etiam orare, ut, quæ ſupplenda, emendandáve ei ſint pro benevolentiâ communicare non dedigneris. Sic

DEus honoratiſſimo ſenio tuo concedat, ut Pietatis, probitatis & Eruditionis ex Tua informatione obſervantes quàm plurimos videas! Vale, in Chriſto reverende Pater, & tui obſervantem Deo commendare perge. 1. Januar. Aj. 1619.

R. D. T.

Obſervantiſſimus,

Joh: Valentinus Andreæ

SAL-



SALVE, LECTOR Christiane.



Uo video hominũ genera in Republica; unum eorum, qui res omnes, quibus vel præsunt, vel subsunt, non tam probant, quàm admirantur, & tuentur mordicus; alterum, qui res humanas ita quidem tolerant, ut tamen meliores subinde desiderare, & moderatis emendationibus parere, minùs dubitent. Sed, ut hi modestiâ suâ, & ratione nihil facilè turbant, imò, quoadusque fieri potest, cedunt, silent, & patiuntur: ita illi animi impotentiâ, & cæco furore, quoscunque vel mutire animadvertunt, aggrediũtur, exagitant, & haud rarò invitissimos in

conflictum pertrahunt. Specimẽ hujus evidentissimũ Antichristus præbuit, qui cùm nefandis oneribus Ecclesiam Christi deprimeret, mirari aliquis possit, fuisse, qui rei turpitudinem tulerint, ne dum approbarint. Verùm utrumq; tantâ fœditate admissum factumq; est, ut, cùm aliqui enormium tantùm flagitiorum correctionem temperatissimè expeterent, diris devoti, imperio proscripti, & quibuscunq; maledictionibus dilaniati fuerint, donec, rei indignitate animis hominum irritatis, luci reddendæ, pellendisq́; tenebris impetus adhibitus sit. Quæ verò hujus rei causa sit, cùm rationi plurimum repugnet, non satis in evidenti posita est. Sive enim ambitio sit, quæ à nemine reprehendi se patitur: sive avaritia, quæ inter humanos errores fœneratur; sive stupor animi, qui boni

malive optionem, & distinctionem non capit; sive rerum absurdissimarum assuefactio, quæ omnem deformitatem elevat, nihil satis est ad tãtam temeritatem, qua evidentissimæ Veritati, & exoptatissimo bono nosmet opponimus. Itaq; multi non iniquè arbitrantur, hanc caliginem malorum mentibus à Deo immitti, ne modestiæ bonorum obtemperent, cui modico satis fieri posset, & tolerabili, ut iniquitatis suæ impudentissimæ convicti, ac, quibus porrò cedatur, indigni habiti ad majora adigantur, & autoritatem suam jam detectâ larvâ apud populum perdant. Ita invictus ille heros, D. Lutherus noster emersit: cum preces ipsius, & lacrimæ exaudiri nollent, minas spirare cepit ex DEI Verbo; cùm nihil proficeret subjectione, cepit assurgere; cùm obsidionem diu

tulisset, cepit Hadriani molem fortiter impugnare, eo successu, ut no. Jubilemus, *illi ringantur. Hac nostrâ ætate, nescio an non actio repetatur. Eluxit nobis purior Religio; indeq; politiæ administratio formata: & literarum nitor redditus: possemus omnino triumphare tot devictis hostibus, superstitione, dissolutione & barbarie; sed nos clandestinæ Diaboli insidiæ affligunt, ut minùs solidum sit gaudium, nomenq; sine re utplurimùm relinquatur. Nam cùm ad Christum nostrum, cujus nomen ferimus & provitemur, formata nostra omnia esse debebant, pessimâ nostrâ indulgentiâ fit, ut à Mundanis nihil Christiani differant. Sive enim Ecclesias, sive Aulas, sive Academias intueamur, nuspiam absunt illa ambitionis, avaritiæ, gulæ, libidinis, invidiæ, otij, & alia vitia imperantia, à qui-*

quibus vehementer abhorret Chri-
[s]tus; sed quibus nos delectamur ma-
[x]imè. Unde Voluptas Satanæ colligi
er facilè potest, qui ubi bona nobis
allidissimè eripuit, in exuviis &
[c]orticibus gloriari non invitus sinit;
[n]ostra simplicitas animadverti, qui,
[so]lum religiosi, politi, & eruditi audi-
[m]mus, qualibet rei umbrâ acquiesci-
mus. Non fallit tamen impostor ille
[o]mnes, eos minimè, quibus superna
[l]ux inest; unde permulti, ferventissi-
[m]i spiritus Viri jam ante nos incla-
[m]arunt, & facturi id porrò sunt stu-
diosissimè; è quibus D. Jo. Gerhar-
dum, D. Jo: Arndt, & D. Mart:
Mollerum è multis nominare libet,
quia de me optimè meriti, integerri-
mos Theologos, quamvis hunc in Eu-
charistiæ Misterio trepidantem. Qui,
cùm viderent omnia disputationibus
perstrepere, ut Christi Spiritus exau-

diri vix posset, voluerunt per intervalla silentium impetrare, quod pietati impenderetur, & à disputandi fervore respirare sineret; atque ita eruditioni integritatē combinare, quarum utraque alteri splendorem adderet. Id modestissimè quæsitum, intēperanter exceptum est. Cùm Ecclesiarum Antistites nullam Simoniam, Politiæ nullam improbitatem, Academiæ nullam imperitiam agnoscerent, & devotionis, probitatis ac literaturæ moniti *perduellionis accusarentur. Si credimus retorsionibus, tota Ecclesia fenestrata est, cui involare licet, ubi libet, & intra aveolos susurrare: Respublica forum, vbi vitia emere & vendere concessum; Academia labyrinthus, ubi oberrare lusus est atque artificium: quicquid in hac prodigitur, quæstus est. Prodierunt defensores, qui* prodi *voluerunt*

runt: boni bonos juravissent, nunc mali malitiæ publicum testimonium detestantur. Nam, ut peccet Mundus, dissimulari id mavult, quàm laudari. Excanduerunt Sacrificuli, non probari vocationis securitatem, imò nullitatem, concionum negligentiam, terræ nimium cultum, quod tamen vetant Theologi. Infremuerunt orbis pinguiculi, non laudari juris sævitiem, morum licentiam, opum cumulos, æternitatis despectum, quod tamen Politia ipsa prohibet. Deblaterarunt literarum institores pro artium ignorantia, linguarum indigentia, graduum vilitate, sumtuum voragine, eruditione equidem invitissimâ. atq; ita Hypocrisis Religionis, Tyrannis Politiæ, Sophistica literaturæ patrociniũ, volẽte ita & imperãte ignorantiâ, in se susceperunt & violẽ-

ter usurparunt, multis quidem & diversis judicijs, sed DEI athletis, sive bonæ causæ servientibus, imperterritis. Nam ut maximè de aliquibus longè æquiora, & doctiora, inprimis verò moderatiora sperassent & expectassent, quos Reipublicæ optima conscientia, & magnis meritis adesse opinio erat; tamen qui semel Mundum penitiùs introspexit, nihil æquè intolerabile impostoribus, quã Veritatem, & integritatem esse, liquidò animadvertit, quorum tantum est odium, ut iræ impotentia sui obliti, abjectis larvis, in crustationibus, & involucris, nudi prosiliant, & iniquitatis omne misterium prodant. Quàm turpiter enim ventris in media Ecclesia servitium, morum in medio foro dissolutio, ingenij in media literarum palestra, corruptela undiq; tituli sine re, prodigalitasq; sine fine

ne sine excusentur, imò elogÿs ornentur, & exponantur, non sine horrore cordati intuentur. Quæ etiam ratio est, quòd, de quibus minimè spes erat, citiùs Veritati cedant, citiùs pareant, cùm errorum convicti, apud illos reconditos nil, nisi infamem impudentiam, & sordidam dicacitatem reperiunt, quibus se exculpare frustra conantur. Itaq; pro ingenuitate sua reprehensiones audiunt, ferunt, & delicta sua, sive mentis tenebras, Satanæ dolos, consuetudinum impetus, credulitatem & hujuscemodi compedes suos fatentur, & emendatos cupiunt. Hujus rei, post illa Theologorum seria, Fraternitatis *cujusdam, mea opinione ludibrium, conspicuum edidit testimonium: quod, cùm primùm pro curiosorum gustu, res insolitas, & maximas polliceretur, eas scilicet, quas optare solent*

homines, adjecit etiam de rerum corruptarum emendatione præclaram ſpem, & Chriſti imitationem ſuperaddidit. Hujus rei Famam *quæ hominum commotio ſecuta ſit, qui ingeniorum conflictus, quæ impoſtorum & tenebrionum inquietudo & geſticulatio, dicere ſuper vacuum eſt. Id nos nunc unum volumus, fuiſſe in hoc panico terrore, qui vetera ſua, etiam obſoleta & vitiata, omnino retenta & defenſa cum tumultu voluerint; fuiſſe, qui dedere arces opinionum, & accuſato jugo ſervitutis graviſſimo, ad libertatem aſpirare contenderint; & ut propriùs ad rem noſtram accedamus, fuiſſe, qui ob Chriſtianæ Vitæ inculcationem, hereſeos, & fanaticæ ſectæ inculparint; fuiſſe etiam, qui hoc maximè fuerint & toto corde amplexi. Qui, dum inter ſe certant, & officinas occupant, multis ea*

tis ea

tis ea intuendi, ac judicandi otium permiserunt. Cujus nos quidem hunc habemus fructum, ut observasse nobis videamur mundum, nec rerum suarum tam esse certum, quàm velit videri, nec opinionum adeò tenacem, ut flecti non possit, nec, quod rei caput est, à Christo omnes esse ita alienos, ut regulas suas, si quis offerat, admittere, atque Vitam exinde formare omnem nemo velit. Soleo autem laudare Viri pietate, moribus & ingenio nobilissimi *judicium, qui cùm suspensos videret, ac ut plurimum elusos ab illa* Famâ *animos:* Quin nos, si bona hæc videntur, tentamus aliquid, non expectamus illos? *respondit, nihil impedire arbitratus, si Christum imitari velimus, emendare mores nostros, id ex Evangelio addiscamus, & laudabili devotorum exemplo,*

cone-

conemur. Nec enim hanc injuriam Christo, ejusq; Verbo fecerimus, ut potius ab aliqua Societate *(si tamē ulla est) eaq; caliginosa, nec nisi jactantia sua* omniscia, *sed etiam cōsutili* clypeo, *& ineptijs multis fœdata, Vitæ beatæ tramitem, quàm ab ipsa via, veritate, & Vita impetrare, æmularíq; malimus, cuius præcepta tam sunt in evidenti & perfacili posita, ut maximis tricis & ambagibus nobis opus sit si ea velimus evitata. Nam si nos conscientia urget, ut de religionis securitate, de Vitæ impuritate, & literarum ludibrijs habeamus, quod conqueramur, quid prohibet, quò minus in nobis saltem, si alij nolint, evellamus vitiosa, plantemus virtutes, & Christo nostro propiùs iungamur, quem à rebus nostris remotissimum metuimus, Nihil certè, nisi illa iudiciorum humano-*

nanorum fuga, quæ nos, dum nostris & vulgatæ vivendi consuetudini servare vult, ac ad beneplacitum hominum retinere, nec nobis, nec Christo permittit, non minus tamen paulò pòst per hujus ætatis lubrica præcipitat, ut fidem dedisse mundo, denegasse Christo, seriùs, quàm par est, ingemiscamus & doleamus. Ut omnino hæc animi resolutio optima & fortissima dicenda sit, quæ audito DEI Verbo, & intromisso, nihil homines, aut ullam societatem vel consensum respicit; sed quæ Divino mandato, & humanâ jam Conscientia consistunt, sub S. Spiritus directione animosè aggreditur, & iniquiora judicia non magis invitus fert, quàm ranarum strepitus; cùm omnino constet paucissimos audere pietati, probitati, & ingenio palàm obloqui, sed per ambages priùs aliquid confingere, nugari, mẽtiri,

tiri, quod allatrare postea liceat. I
fanaticus primùm audies, seditios
& in literas injurius, dein culpab
ris, & Chimæræ vulnera, vel And
batarum conflictus intueberis, qui
una cõscientia tranquillus conside
maximam inde Voluptatem capie
Hujus securitatis Christianæ exem
plum coràm vides, optime lecto
Rempublicam *hanc novam, qu*
Christianopolitanam *appellar*
libuit. nam cùm alij omnino reprehe
di nolint, nec id facere ego velim, ur
bem mihi ipse construxi, ubi Dicta
turam exerceam, quam si corpuscu
lum meum dicas, non abs re divina
veris. Verum ut passim leges bonæ
consuetudines licentiosæ sunt; ita m
tuo, de meis civibus etiam suspiceris
Quicquid id sit, non laudare meo
institui, sed describere; quibus viver
jubeamur statutis, aperire, & com-
muni-

municare. Non potui variis de rebus magis ingenuè, magis liberè tecum colloqui, non potui me magis nudum tibi prodere, non potui judicium tuũ provocare audentius. Sive id probes, sive improbes, laudabo te, si pari candore respondeas; si cum animi morbo nihil mihi, quàm te ferre & negligere, facilius. Si Civitatem nostram ambias, non negabitur; si renuas, nõ obtrudetur. Cives mei nec sua prodigunt, nec tua appetunt: accipient autem, quæ dederis; dabunt, quæ petieris. Leges nostræ non cogunt, nec exorant: suadent autem, & prostant cũ Verbo Dei, nec Satanæ cedunt; sine eo quemvis bonum admonitorem admittunt. Structura artis nihil habet facilitatis non nihil. Diximus non omnia, plura autem fortasse, quàm mali ferant; pauciora, quàm bonis offerimus, quoties communicata volent

lent

lent. Tandem ludicrum est, quod Thoma Moro, viro illustri, non i probatum; in me, quia minus seriu minùs ingeniosum, faciliùs neglige dum. Amicis meis scripsi, cum qu bus ludere licet; magnificis illis scri bere nec auderem, si vellem; nec po sem, si auderem; nec vellem, si pe mitterent. Tanta mea observanti est, tanta imperitiæ conscientia, con scientiæ confessio! Legant tamen, qu volent, & id meminerint, inter ami cos & benevolos multa tolerari, qu malevolorum examen non sustine ant. Quòd si de Veritate narratio nis quis addubitet, is judicium diffe rat, donec omnes navigationum & peregrinationũ recitationes proben- tur. Id verò præ reliquis tutissimum erit, si, dum Cælum sinit, nec terra impedit, & mare tranquillum est, i- tineris auspice Christo, socijs Vitæ pro-

bioris

ris avidis, navem, cui cancer insi-
?, conscendas, & felici cursu ipsam
ristianopolim adeas, resq́ ibi o-
ies sub DEI timore accuratissimè
xplores. Ita Vale, mi Christiane
lector, & ad Viam Cæli
accingere.



INDEX CAPITUM.

Occasio Itineris, & Naufragium.
Appulsus ad Insulam Capharsalama.
Christianopoleos Origo.
Examen Peregrini primum, ab externâ Professione & Moribus.
Examen secundum, à Corporis constitutione.
Examen tertium, ab Ingenij culturâ.
Descriptio Vrbis.
De Agricultura & Pecuaria.
De Molendinis & Pistrinis.
De Macello & Penore.
De Metallicis & Mineralibus.
De Aedibus.

13. De

13. *De Mechanicis.*
14. *De Publicis Precibus.*
15. *De Victu.*
16. *De Laboribus.*
17. *De Vacatione.*
18. *De Pramijs.*
19. *De Pœnis.*
20. *De Nobilitate.*
21. *De Præfectis.*
22. *De Publicis Operibus.*
23. *De Domicilijs.*
24. *De Supellectile.*
25. *De Lumine nocturno.*
26. *De Collegio.*
27. *De Triumphiratu.*
28. *De Religione.*
29. *De Politia.*
30. *De Theologo.*
31. *De Conscientia.*
32. *De Diacono.*
33. *De Iudice.*
34. *De Ratione.*
35. *De Modo.*
36. *De Erudito.*
37. *De Veritate.*
38. *De Lingua.*
39. *De Bibliotheca.*
40. *De Armamentario.*
41. *De Fastis.*
42. *De Typographia.*
43. *De Aerario.*
44. *De Laboratorio.*

15. *De Pharmacentica.*
16. *De Anatomia.*
.7. *De Theatro Ppysico.*
.8. *De Pictoria.*
.9. *De Iustrumentis Mathematicis.*
). *Dc Theatro Mathematico.*
. *De Auditoriis.*
. *De Praeceptoribus.*
. *De Discipulis.*
. *De Institutionis formâ.*
. *De I. Auditorio Grammatico.*
. *De Rhetorica.*
. *De Variis Linguis.*
. *De II. Auditorio Dialectico.*
. *De Metaphysica.*
. *De Theosophia.*
. *De III. Auditorio Arithmetico.*
2. *De Geometria.*
3. *De Numeris Misticis.*
4. *De IV. Auditorio Musico.*
5. *Da Instrumentis Musicis.*
6. *De Choro.*
7. *De V. Auditorio Astronomico.*
8. *De Astrologia.*
9. *De Cœlo Christianorum.*
'0. *De VI. Auditorio Physico.*
. *De Historia.*
72. *De Ecclesia Historiâ.*
73. *De VII. Auditorio Ethico.*
74. *De Politica.*
75. *De Pauperie Christianâ.*
76. *De VIII. Auditorio Theologico.*

77. De

77. De Praxi Theologicâ.
78. De Prophetijs.
79. De Medicina.
80. De Iurisprudetia.
81. De Iuventutis Receptaculis.
82. De Templo.
83. De Vocatione.
84. De Concionibus,
85 De Sacrâ Psalmodiâ.
86. De Sacramentis.
87. De Absolutione & Excommunication
88. De Matrimonio.
89. De Mulieribus.
90. De Puerperio.
91. De Viduitate.
92. De Senaculo.
93. De Senatoribus.
94. De Hortis.
95. De Aqua.
96. De Senibus.
97. De Advenis & Pauperibus.
98. De Aegrotis.
99. De Morte.
100. De Sepulturâ.



DE REPUB. CHRISTIANOPOLITANA.

Caput I.

Occasio itineris, & naufragium.

DUM peregrinus has terras oberro, multa per Tyrannidis, Sophistices & Hypocriseωs regna perpessus, nondum reperto, quem anxiè quærebam, homine, visum est, Academicum mare, quantumvis persæpe infestum mihi, iterum tentare. Unde conscensâ phantasiæ nave, cum multis aliis vulgatos portus linquo, & vitam corpusque mille curiositatis periculis expono. Exiguum temporis nobis favebat, cùm invidiæ & calumniarum adversi turbines Mare Æthiopicũ contra nos irritabant, & tranquillitatis omnis desperationem indu-

xerant. Obnitebatur naucleri & rem
gum industria, luctabatur nostra viven
di pertinacia, navis ipsa scopulis resiste
bat, prævalente tamen semper Mari
sævitie: Tandem cùm omninò succum
bendum esset, necessitate potius, quàm
animi fortitudine mori parati, admitti
mus lethum, & dissolutâ nave mergi
mur, alij fluctibus absorpti, alij per im
mania spatia disjecti, alij, quibus natan
di aliqua peritia, aut ex tabulis subsidi
erat, ad diversas insulas Mari inspersa
delati, paucissimi mortem distulimus
ego certè sine socio ad minutissimum
quendam veluti cespitem tandem ap
puli.

2. *Appulsus ad Insulam Caphar salama.*

Omnia hîc placebant, præterqu
ego mihi. Insula autem, utu
exigua apparebat, omnibus
tamen abundabat, nec ullum vesti
gium sine fruge, & hominum usi
conspiciebatur. Situm ejus, quem pau
lò post reperi, non invidebo. Est ea in
orbe

rbe Antarctico, poli 10. gr. depressi, æquinoctij grad. 20. sub tauri puncto 2. circiter, Nam ad scrupula nunquam respondebo. Figura triquetra est, cujus d 30. mille passuum ambitus. Cereali c pascuo agro læta, fluminibus & fontibus irrigua, silvis & vineis decora, animalibus plena, terræ velut totius breviarium. Credas hîc cœlum terræ nupsisse, & perenni pace cohabitare. Hic dum interulam meam, quæ una vestium supererat, ad Solem quasi renatum sicco, intervenit insulamus aliquis ex terræ speculatoribus, qui de sorte meâ blandissimè percontatus, cùm infelicitati condoleret, confidere jussit, & ad urbem se comitari, ubi solita in peregrinos, & exules benignitate reficeret, ac me compellans: Te beatum, inquit, cui quovis truculentissime naufragio huc eijci contigit! Ad quod nihil aliud respondi, quàm *DEO gratia! Deo gloria!*

3. Christianopoleos Origo.

MIra interim Urbis appropinquantis facies & splendor a-

nimum meum percellebat: nec enim terra reliqua simile huic quid aut compar continet. Itaque ad conductorem meum conversus Quæ felicitas sedem hîc, inquam, fixit? Tum ille: Quæ in hoc Mundo plærumque, inquit, infelix esse solet. Nam cum Mundus contra bonos sæviret, & finibus suis excedere juberet, Religio exul, ascitis sibi, quos fidissimos habebat, socijs Mari transnavigato, post aliquam indagationem, hanc sibi tandem terram elegit, ubi suos exponeret, postea urbem, quam Christianopolim vocamus, extruxit, & Veritatis bonitatisq; domicilium vel, si mavis, propugnaculum esse voluit. Hujus nostræ reipub. liberalitatem omnibus indigentibus obviam experieris. Sin perlustrare etiam Urbem, sed oculis modestis, linguâ circumcisâ, moribusque castis lubeat, non id tibi equidem denegabitur, sed per singulas partes patebit Cui ego: O beatam, inquam, horam, quà post tot infortunia spectacula anxiè & laboriosè inspecta, aliquid verè elegans & concinnum

innum intueri dabitur! Non ego lavacra omnia, non novaculas non scopas subterfugio, ut lotus, rasus purgatusque ad limpidas Viri, boniquesedes admittar. Nam qui mei errores ambagesq; in auspicatæ fuerint, jam dudum multis innotuit: Videam aliquando, ô videam veriora, meliora, certiora, stabiliora, atque omnino talia, qualia Mundus promittit, nunquam verò & nuspiam exhibet!

I. Examen peregrini primum, ab externa professione & moribus.

IAM portæ Orientali accesseramus cùm me comes sistit ejus diei vigilijs præfecto. Is comiter acceptum interrogat, quid mihi velim. Plurima, inquam ego, nam terrâ mariqúe ejectum vides. Quoniam verò hic velut in ipsum Deum incidi, quidni largiter petam, quod omni meâ Vitâ mihi defuit? Arrisit præfectus: & ut hæc Insula nihil importum habet, benignè monuit, ne ex ijs essem, quos civium com-

munitas apud se non ferret, sed ad su- remitteret, mendicantibus, circulatoribus, histrionibusve, quibus otium arrideat; curiosis, qui in insolitis scrupulentur; fanaticis, quibus nulla certa pietas; ciniflonibus qui chymiam masculärent; impostoribus, qui se Roseæ Crucis Fratres mentirentur, & similibus alijs literarum, humanitatisque verrucis, quibus nunquam hujus Urbis inspectio benè cessisset. Hic, cùm me intimæ consciẽtiæ testimonio purgassem, & pluribus verbis consensum veritati, obsequium bonitati obstrinxissem: Nihil ergò impedit, quò minus non nostris, quod minimum est, sed nobis perfruaris. Ita manum inijcit, & in proximum vigilum sive excubitorum domicilium introductum, cibo potuque sapidissimo reficit.

5. *Examen secundum, à corporis constitutione.*

NOvis indè vestibus indutus, haud sumtuosis, sed parabilibus, cæterum in corporis usum aptissi-

aptiſſimis, miniſtris commendat, qui me ſecundo examinatori adducant. Is ad perſcrutandos hominis intimos receſſus quaſi natus videbatur. Salutem precatus eſt perhumaniter, & amicis percontationibus variis me exercuit, interim totius corporis & oris lineamenta acutiſſimè cõtemplatus. Patriã, ætatem, vitæ genus, aliud velut agens explorabat, arridens potiùs, quàm vultum contrahens. Tum mutatis aliquot officioſis ſermonibus, Veniſti hoſpes, inquit, Deo indubiè conducente, ut experireris, ſitne ſemper malè agere, & barbarorum more vivere neceſſe. Cujus tibi hodie quod omnibus ingenuis debemus, fidem faciemus, idq; eò magis libenter, quòd nec Naturã, nec Cœlum habeas adverſum, ſed utriusque beneficio liberale domicilium poſſideas. Quod ſi etiam te Deus regat, ut humanitatis legibus ſis exinde velut exemptus, nihil dubitamus, te jam noſtrum eſſe ac fore æternum. Inter loquendum, quod animadvertiſſe mihi viſus ſum, animi tranquillitatem, fron-

tis pudorem, linguæ ligamenta, oculorum quietem, corporis obsequium notabat, tanto equidem artificio, ut cogitationes scrutari posse creditus mihi sit tanta affabilitate, ut reticere nihil potuerim, tanta veneratione, ut me omnia ei debere agnoverim. Ita mente meâ undique evacuatâ, cum in literas tandē incidisset, Veniam mihi dabis, amice, inquit, qui illiteratè tecum sum sermocinatus: sed benè spera: nec enim tibi in nostro hoc loco deerunt, qui literas redoleant. Simulque negotium dat ministro, qui me ad tertium examinatorē comitetur. Ita salutem cum dextra cōmunicat, & confidere jubet. At ego, Hem si hæc illiterata sunt, quid fiet? tacitus cogito.

6. *Examen tertium, ab ingenij cultura.*

VEntum ad hunc ubi esset, non minus, quàm antè, humanitatis adfuit; Hinc enim, quod semel dictum volo, fastus omnis & supercilium exultat. At ego, cùm hunc audirem,

rem, nunquam magis eribui. Hîc opus mihi erat cum Socrate, ſed diverſiſſimo ſenſu, nihil ſcire; quàm doluit, me dixiſſe literatū! Volebat ex me, ſed blandiſſimis verbis ſcire, quid didiciſſem mihi imperare, fratri ſervire, Mūdo rebellare, Morti conſentire, Spiritui obſequi, quid in Cœli terræque contemplatione, Naturæ perſcrutatione, artiū inſtrumentis, linguarum nomenclatore, omnium rerum harmoniâ ſaperem, quid cum Eccleſiæ ſocietate, Scripturæ compendio, cœli patriâ, Spiritus ſcholâ, Chriſti fraternitate, Dei familiâ haberem commercij? Obſtupui ego, cùm audivi, è tot homini liberaliter conceſſis, me minimo minus quid accepiſſe. Itaque, quod unum poteràm, ad ingenuam confeſſionem conversus, hæc omnia, inquam, Vir Maximè, neſcio, nec docentem habui unquam, ſed id ſanctè tibi confirmo, intra me perſæpe & agitaſſe, & appetijſſe, & aggredi ſuiſſe auſum. Tum ille quaſi exultans: Noſter es, inquit, qui candidiſſimam tabulam adfers, vel ab ipſo Mari ablutam. Super-

est, ut Deum exoremus, is sacro sancto calamo uo tibi in scribat, quæ sapientiæ & bonitati ejus salutaria tibi videbuntur. Ac jam quidem Urbem nostram per singulas partes intueberis. Postea reversus, quid nos velis amplius ex te, quo sumus parato & officioso animo, audiemus. Ita tres mihi adjungit, Beeram, Eram, & Neariam, homines vel ipso aspectu bonos, qui circumquaque me conducerent.

7. *Descriptio urbis.*

SI Urbis faciem vobis ante omnia descripsero, nihil pecavero. Figura quadrata est, cujus singulum latus 700. pedum, quatuor propugnaculis, & vallo satis munita. Orbis plagas rectissimè respicit: accedunt ad robur octo turres fortissimæ, per Urbem distributæ, præter sedecim minores alias non contemnendas, & mediã propemodum invictam arcem. domiciliorum binæ, vel, si regiminis sedem, & promptuaria Urbis addas, quaternæ series sunt, unica publica platea, forum augu-

augustissimum unicum. Si dimetiaris structuras, videbis ab intima platea, quarum latitudo 20. pedum, scandere per quinarium, numeros, usque ad centrum, ubi templum, rotundum, diametri centenorum pedum. Sin ab ædibus exeas, interstitium, promtuaria, vicus 20. p. singula vallum 25. pedum continent, ternæ singulis ædibus contignationes sunt, ad quas per publica podia ascenditur: quod tamen delineatione facilius patebit. Ex lapide cocto omnia extructa sunt, parietibus ita divisa, ne ignis unquam nocere graviter possit. Aquæ tam salientis, quàm profluentis maxima copia, Naturâ & arte suppeditata. Una rerum undique facies, nec luxuriosa, nec sordida, & respirationi, transpirationique accommodata. Cives hîc vivunt 400. circiter, summâ religione, summâ pace, de quibus propè singulis aliquid nobis dicendum erit. Extra muros fossa est, 50. p. lata, piscibus, ne quid pacato tempore nihil agat, plena. Pomerium feras continet, non in voluptatem, sed usum.

Urbs tota in tres partes distincta est, nutritionis, exercitij, & contemplationis. Reliquum rei rusticæ, & fabrinis varijs servit. Hæc utcunque annotata in tabella exhibeo. Interim per urbem deambulandum est.

8. *De Agricultura & pecuariâ.*

IN extimis civitatis, qua ortum respicit, Agriculturæ sedes est, ita in utrumque latus distributa, ut hinc rusticæ, illinc pecuariæ res contineantur. quicquid enim frumenti, leguminum olerumque respublica ex Insula impetrare potest: quicquid jumentorum, armentorum, gregum opus habet, quatuordecim structuris asservantur, ita fabrefactis, ut res simul & homines custodiant. nam quia tribus, ut dixi, contignationibus ædes ascendunt, opinione amplius capiunt. Si quid hîc sordium est, per ostiola ad turres angulares perforata, effertur ad muri crepidinem, donec è re sit agris aut compis inferre. His ædibus transversa est turris major 30. pedes lata, 45. longa, quæ & rusti-

& rusticas hasce & oppositas civiles ædes connectit, simulque interjacens terræ spatium includit, sub quo ingressus in Urbem fornicatus patet latior, ac angustiores ad ædes januæ. hæc utrinque portis obfirmari potest, ut oppidũ quia per ædium parietes nullus egressus denuo claudat. Huic aula ad turris capedinem superni structa est, undiq; fenestrata, ubi, quoties leges volunt, convenirent illius lateris cives, & sacris, civilibusque operarentur. Supra eam Uriel habitat agriculturæ, terræ excolendæ, animaliumque curandorum peritissimus, quem duo Kapreel, & simea turribus præfecti audiunt, & labore, cum fieri potest, sublevant. Hic sanè rusticitas abest, & revocata Patriarcharum agricultura, tantò felicior, quantò Deo propinquior, & simplicitatis observantior.

9. *De Molendinis & pistrinis.*

Binis his reipub. promptuarijs ad alteras plagas annexa sunt, quà meridiem, septena molendina.

& todidem pistrina: qua Septentrio nem, septem macella, & tot penor Utraque latera secant turres majore ad prioris planè exemplum, claudun itidem illis minoribus præsimiles tur res. Molendina non tantùm frumentum conterunt, quam superiore contignatione asservāt. Sed & quicquid rotationis beneficio absque igne peragitur, hîc fit, quod, quia ingenio hic locus, varium est, & ad spectatorum voluptatem atque admirationem excogitatum, Hic etiam papyrus conficitur, & arbores in asseres secantur, & arma poliuntur. In pistrinis omnis, qui Insulam nutrit, panis coquitur, omnis farina custoditur. Sed & torcularia intermixta sunt, & subtus cellarum cavitates vino recipiendo effossæ. Hic saporis gustusque promi & condi sunt, quibus imperat Neria, intermediam turrim inhabitans duobus utrinquè turricularum præfectis Simea & Gadiel adjutus, ea combinatione, ut duobus quadrumviris unus præfectus pareat. Hic mirari satis non possis, quàm temperantiæ omnia, etiam haud maximæ co-

iæ ſufficiant. Nam cum nemo tota Inſula ſatur non ſit, tamen quòd ebrietas & crapula abſunt, ſive Dei benedictione, ſive Naturæ liberalitate ſemper eſt, quod abundet. De victus diſtributione poſt dicam, nunc id unum addendum, omnia mundè & cum donorum Dei reverentia fieri. Homines laboribus addicti non feros, ſed perhumanos, cuſtodiæ præfici non gulones, ſed temperantiſſimos, non olidos, ſed lautos. Atque rem omnibus profuturam ſic adminiſtrari, ut publicâ, ſed decenti voluptate ijs populus perfruatur.

10. De Macello & penore.

IAm ſeptentrionalis plaga, quæ mactationi, & rei pecuariæ quatuordecim alijs ædificijs deſtinata eſt, nihil & illa beluinum habet. Vidi tamen non nihil efferari homines ſanguinis pollutione & carnium, pinguedinis, corij & ſimilium tractatione. Hic etiam culinæ viſuntur, aſſationibus, elixationibus, & purgationibus animalium debitæ, ſed quæ delitias & Apitiana

nulla

nulla norunt. Adſunt etiam veſtium linteorum lavandorum officinæ: quo niam candoris maxima hîc laus eſt. Pe nus aliquot cameris diſtinctum, buty rum, ſevum, arvinam, axungiam, ceram & ejusmodi alia, ſed & piſces ſiccos, re centesque, & volatilium ſpecies habe non pro inquilinis tantùm, ſed etiam advenis mercatoribus. Eſt enim com mercij in eâ inſulâ maxima opportuni tas: ſed cum qua civibus nihil commu ne, qui eam curam aliquibus ad id de ſtinatis relinquunt. Atq; hîc commu tationis vera æquitas apparet, quæ non lucrum, ſed rerum varietatem reſpicit, ut ex omni terrâ ſuum peculiare bene ficium intueamur, atque ſic inter nos communicemus, ut uno in loco velut univerſo globo terreno perfrui videa mur. Unde ſimul huius noſtri puncti cognitio, & Dei diſtributoris liberali tas elucèſcit, tandemq;, quod omnium hominum donarium eſt, ſingulorum redditur. Plura in hanc rem dicere non lubet, quoniam plurimis opus eſt, ac in partium recitatione ſæpius recurret.

Præ-

præsunt huic parti Thirhena & socij,
..io Kapzeel,& Zarphat,qui ministro-
rum mores laboresque attemperant.

II. De Metallicis, & mineralibus.

SUperest Occidentalis plaga, quæ igni dedita. Nam hic visuntur ab alterâ quidem parte septem officinæ coquendis, cudendis, fundendis, formandisque metallis tributæ, cum operariorum domiciliis alterâ verò sali, vitro, lateribus, fictilibus, sed & omnibus aliis, quæ ignem frequentem requirunt, perficiendis septem aliæ officinæ assignatæ sunt. Hic certè Naturæ examen visitur, cùm, quicquid terra alvo suâ continet, ad artis leges & instrumenta adigitur, hominibus non jumentorum instar ad labores incognitos atactis, sed rerum physicarum accuratâ cognitione jam antè imbutis, ac exinde inter naturæ viscera deliciantibus. Nisi hîc rationes audias, & Macrocosmi anatomiam intuearis, nihil dixisse

xisse tibi aut monstrasse putant. Tu, nisi experimentis disceptes, & artium incommodiora aptioribus organis emendes, vilescis. Crede mihi, si Sophisticus hîc argutari velit, ludibrio foro; usque adeò res malunt, quàm verba. Hîc verám & genuinam Chymiam salutare & audire licet, liberalem & industriam, cùm spuria alibi obrepat, & inter tenebras imponat. Solet enim illa operas inspicere, & varijs indagationibus adjuvare, tentaminibusq; exercere. Hic, ut uno me verbo expediam, Physica practica est, cui præest Sesbazar cum adjunctis zarphat, & Gadiel qui non tã labores exigere videntur, quàm corporis humani exrcitationem. Nam cùm apud nos jugi fatigatione atteramur, ibi æqui librato labore & otio vires solidãtur, ut nũquã sine alacritate opus accedant. De cætero mihi hæc intuenti perpetua fuit animi exprobratio, qui tempore invitatus, sumptibus conductus, libris adjutus, nihil eorum didicissem, quæ scire omnino deceret, & naturæ vultum, quæ maximè blandiebatur, inexcu-

excusabile socordia neglexissem.

12. De AEdibus.

PErlustrato oculis utcunq; humanis primo officinarū, promptuariorumq́; septo, per Orientis turrim ingredior, & Urbé ipsam intueor, duplici ædium sese aspicientium serie, quadratam. Platea, quæ interjacet 20. pedum latitudine distincta, sufficientis sanè laxitatis, si cogites, nullum hic rhedarum aut equorum usum. Quæ exteriores ædes 15. p. interiores 25. p. latæ sunt, altæ 33. p. longæ utplurimum 40. qua plateam respiciunt, deambulacra fornicata sunt, columnis suffulta, 5. p. lata. alta 12. ut pluvium cœlum nihil incommodet. adversis parietibus in secundis tertiisq́; contignationibus per podia ambulatio patet, quæ omnia picturis exprimere placuit. Majus urbis latus si turres annumeres. 13. minus 11. ædificia, atque ita in universum 88. habet, quæ si triplicentur, 244. domicilia constituunt. quæ ædium distributio sit, ex sciographia ad oculum patet. Nemo autem

autem miretur, angustiorem esse, cùm paucissimis tantùm hominibus, & supellectilibus propè nullis debeatur A lij, qui vanitatem, luxum, & consimil familiam hospitam, & iniquitatis sarcinas congerunt, nunquam satis laxè habitant. Onerant & onerantur, nequ quisquam necessitatem, imò commoditatem suã facilè aliter metitur, quàm intolerabili, & non tollendâ mole, q divites eos demum, si omne id habeant cujus revera indigent, si nihil eorum admittant, quod abũdare possint! Nam quotquot vidi hujus terræ opus, semper famam astantem conspexi, in hoc uno, quod nobis diceretur vacuum, saturitas comparuit.

13. *De Mechanicis.*

DUm urbẽ circumeo, facilè apparuit, quæ artificum esset distributio. Nam, ut quadrata est, ita quadruplicem materiam tractabat, Metalla, lapides, ligna & quæ ad texturam pertinent: hac differentiâ, ut quæ

artis

:is plus haberent & ingenij, ad inte-
ıs;quę facılitatis amplius ad exterius,
e majus quadratum pertinerent. Nã
rologiopæi, quàm ſerarij alia ratio
ıbebatur, ita Organopæi, quàm ſcri-
rij,aut ſtatuarij,quam lapicidæ. Hoc
ıtem planè novum eſt, hos artifices
opè omnes literatos eſſe: nam quod
ij paucorum, ſed tamen, ſi imperitiæ
ginam ſpectes, nimis multorum ho-
ninum eſſe credunt,id Chriſtianopoli-
ni ſingulis deberi argumẽtantur:cùm
ec literarum ea ſit ſubtilitas,nec opifi-
iorum ea difficultas, ut unus homo, ſi
tas detur,non utraque capiat.Sunt ta-
nen, qui vel in illam, vel hanc partem
nclinent, qui, ſi artificiis magis indul-
eant,magiſtri aliorum conſtituuntur,
t ſubinde alios atque alios erudiant.
Vidi, quos opifices credidi, ahenarios,
tannarios, ſerrarios, cultrarios, torna-
ores, arcularios ſtatuarios, gypſarios
ullones,textores,pelliones,ſutores, ac
nter ſuperiores ſculptores, horologio-
pæos, aurifabros, organopæos, celato-
res,bractearios,annularios,& conſimi-
les

les non cõtemnendi numeri alios. Co riarij, sellarij, fabri ferrarij, carpentari vietores, cæmentarij, vitrarij, iis in loci sunt. Ubi fabricas competentes jam nominavimus, sartoria & acupicta mulierum sunt. Cæterùm hæc omnia fiũt non semper quòd necessitas exigat, sed cum artificum inter se certamine, u ingenium humanum habeat, quo se per varias machinas explicet atque illa rationis prærogativa, vel Divinitatis veriùs intra nos superstes scintillula, in quavis objectâ materiâ eluceat. De inspectione & stimulis, de vacationis & occupationis horis paulòpost dicemus.

14. De Publicis precibus.

ANtequam progrediar, de pietate publicâ aliquid recitandum est. Singulis diebus ternæ præces fiunt, matutinæ meridianæ & Vespertinæ, ubi grates Deo pro beneficijs aguntur, auxilijque continuatio, ac Mortis felicitas, solemni formulâ genibus flexis, complicatisque manibus implo-

plorantur. Nemini hic, nisi maximâ cusatione, abesse licet. Quotquot pantibus adsunt liberi, huc adducunr, ut laudes Dei vel balbutiant. Indè criVerbi lectio auditur, ac cum hym- conventus dimidiæ circiter horæ nitur. Si feriata dies sit, quo insigne iquod opus Dei memoretur, amplius iquid temporis devotioni impendir. Locus datur in majoribus turrium ılis, suis suus. Nihil hoc instituto Christianis dignius. Nam etsi secretas reces Deo maximè, ac frequentissimè ebemus, tamen hæc Spirituum votoumque consonantia, nescio-quid sonori in auribus Dei habet & efficaciæ; quæ si qui negligunt, nimis fortasse onfitentes sunt, A tilli, quòd Cælicos liquando conventus expectant, ut omnia cælesti patriæ in hoc terræ divertorio accommodant, ita divinis laudibus magis quàm ulla re aliâ diligenter & alacriter occupantur. Felices equidem ob id & prudentissimi, qui Vitæ æternum victuræ primitias hic anticipant. Illi infelicissimè stultissimi, qui

mole-

moleſtiſſima mortalitate vitam ſuam omnem terminant.

15. *De Victu.*

VIctus omnibus privatus eſt, ſed ex publico deſumptus. Nam cum vix fieri poſſit, ut impuritas & ſtrepitus vitetur, ubi convivantium ingens multitudo eſt, maluerunt ſuis domicilijs ſinguli comedere. Cibi uti pro anni ratione diſtributi ſunt, ita pro numero familiarium hebdomadatim diſtribuuntur. Vini tamen in ſemeſtre, aut, ſi res ferat, ulterius fit proviſio. Carnes recentes è macello petunt, quantum aſſignatur, auferunt: Piſces, ut & ferinæ carnes, ac volucrũ omne genus ſua proportione diſtribuitur, tempore, ætateq́ue obſervatis. Quatuor fercula ordinaria ſunt, quæ mulierum induſtriâ lautè cocta, pijs & cordatis ſermonibus condiuntur. Si quis convivam velit, licet id, & vel fercula conjungunt, vel, ſi peregrinus ſit, ex publico, quod deceat, depoſcunt.

Huic

ſuic enim rei culina, quam ſuprà atti-
..ſervit, ut, quod ultra dimenſum ho-
eſtas exigit, depromatur. Cùm liberi
dultiores alibi alantur, plerunq; qua-
tor, aut quinque aut, quod rarius, ſex
apitibus familia conſtat, Patre, Matre,
: unâ alteraque prole. Nam ſervorum
: an illarum maxima raritas hic eſt,
ec facilè, niſi in ægrotorum, puerpe-
rum & infantum curâ, conſpicua. Vir
: femina mutuò convenientia officia
xp lent: quod reliquum eſt, in publicis
fficinis peragitur. De puberibus quid
at, quòd audiemus. Nunc id tantùm
onſiderabimus, quo maximo onere
berari poſſimus, ſi eſculentorum, po-
ulentorumque multiplex difficultas,
c ſaturandi ventris perplexitas, curave
uotidiana, nobis auferatur.

16. De Laboribus.

LAbores, ſive, quod malunt audi-
re, manuum exercitia ad præ-
ſcriptum fiunt, & publicæ taber-
næ omnia inferuntur. Unde materiam

quisque artiũ magiſter ex promtuar accipit, quod ad illius ſeptimanæ op ras ſufficiat. Eſt enim urbs tota velut nica officina, ſed diverſiſſimorũ artiſ ciorum. Qui his negocijs præfecti ſur per turres Minores ad angulos diſpoſi jã ſciunt, quid, quo numero, quave fo mâ fieri expediat, ejusque mechanic monét. Si ſufficiat pro taberna rerũ c pia, licet genio indulgere, & inver tionibus ludere. Moneta nemini e nec ejus uſus aliquis privatus. Hab tamen Respub. ſuum ærarium. H maximè cives beati ſunt, quòd nem opibus eminere poteſt, cùm virium ingenij potiùs prærogativa ſit moru & pietatis ſumma exiſtimatio. Hor laboris perpaucas habent, nec mini laboratur; cùm præter licitum otiar omnibus turpe ſit. Alibi cùm decei laborioſi vix otioſum unum alant, no verò abſimile erit, cunctis illis labo rantibus etiam aliquid quietis ſir gulis ſupereſſe. Quamvis omnino i laboribus adſunt, ut benè, non mal facere corpori palàm appareant. Ul ſervitus abeſt, nihil tædij in corpor

ımano ſupereſt, quod aggravet, aut
ıervet. Et quis ambigat, ubi Deus a-
irat, quin multiplicata robore & in-
ıſtriâ omnia faciliora & exactiora
ıt, quàm cùm, in vito DEO ac adver-
m flante, inſanæ ſtructuræ coacer-
ıntur.

17. De Vacatione.

NOn indignum eſt Chriſtiano-politanorum otium, ſive, ut decentiùs nominem, reſpira-
ɔ, quæ nobis explicetur. Cùm pieta-
ȝ, reipublicæ & literaturæ requiſitis
ım voluptate ſatis fecere, & artium
ıechanica corpora agitarunt, prout
ıni admittit tempus, majora minora-
ɛ habent quietis interſtitia. Eam, a-
ınt, non tam carni deberi quàm Spi-
tui, nec animæ minùs, quàm cor-
oris. Ut ad nos quàm ſæpiſſimè
ɛdeamus, & terræ pulverem excu-
amus, maximè opus eſt: ut genero-
ıs reſolutiones animo concipiamus, &
n vitia irruamus, retrocedere opus eſt.
It fatigatas animæ facultates reſuſci-

temus, & aciem mentis acuamus, a
cotem sæpe standam, vel sedendu
est. Itaque non ineptiarum ludicra, a
divagationum strepitus, ab hoc Ph
losophico otio expectabis, sed ment
in aliquid intensæ remissionem, ac m
ximè rerum ad æternitatis curam pe
tinentium reminiscentiam, ne qu
præter Deum nobis quicquam chari
superiusque reddatur. Unde his hoi
maxima solet esse civium tranquillita
plerisque aut sacro Numini, aut pro
ximo sub cruce laboranti vacantibu
vel certè Christianis colloquijs se mu
tuò erudientibus. At terreni heu al
ter, qui laborant mundo, & feriant
Satanæ! qui fatigant Spiritum, & re
laxant carnem! qui occupantur in lut
& quiescunt in fætore! neque unqua
minùs secum sunt, quam cùm su
Quid igitur Deum intra nos loquen
tem audirent, quid mascula Virtutis f
cinora tentarent, quid novos ingen
fætus, & rariora inventa parturirent
cùm inter alienos & nostros strepitu
obsurdescant simul & obrigescant?

18. D

18. De Præmijs.

Am expectatis, opinor, quid juvet, esse in hac urbe moribus composi-i, ingenio præcellenti, cùm præmij hil audiatis. Sed sanè objectionem cilè solvit Christianopolitanus, cui id tis gloriæ & lucri est, placere Deo. Non desunt tamen S. Spiritus incitami-a: quippe amicorum Dei exempla nti apud hos cives fiunt, tam creber-unè extolluntur, & juventutis animis er varios modos imprimuntur, ut ge-nerosissima mens quæque imitationis orunis ardeat. Præterea recti conscien-iæ suavitas, ingenij tenebras eluctati implitudo, imperij in affectus maje-tas, & supra cuncta cœlorum ineffabi-e contubernium, longè profundiùs, a-nimam defæcatam occupant, quàm ut facilè metuendum sit felicitatis terre-næ repudium. Si quid etiam ad rem a-pud Christianum facit, aliis præesse, hîc non nisi virtutis prærogativa est, eo ordine, ut devotionis in Deum maxi-mum pretium, exinde temperatorum

morum, pòst ingenij ſubacti, demum roboris humani ſit, & quò quisq; Dei voluntati propinquior, eò regẽdis aliis aptior credatur. Quod quia Mundus invertit, & bonæ-mentis dictamine ſubaudito, ad vanitatis fiſtulas aures arrigit, tum impuriſſimum quenque animæ corporique præficit: mirum non eſt, neſcire, quid velit pariter & nolit ac cæcos ductores, lucem tamen promittentes, ad tenebrarum barathra lõgè cæciorem ſubſequi.

19. *De Pœnis.*

DE pœnis itidem dicere poſſemus, nullum ibi eſſe earum uſum, ubi Dei eſt ſanctuarium, & electa civitas, unde libertas Chriſtiana ne præcepta quidem, ne dũ minas fert, ſed in Chriſtum ſuum liberè fertur. Sed omnino fatendum eſt, nuspiam humanam carnem ſatis expelli. Unde ſi quid aſſidua monita, ac, ſi opus ſit, ſerias objurgationes effugiat, retro pellendum eſt durioribus flagellis, ad quam rem idonea

reme-

emedia non uniusmodi, ſed diverſis ngeniis adaptanda in parato ſunt. Certè ſi carni pinguedinē ſubtrahas ſi titilationi ſuſtes ſubſtituas, multum imnutaveris. Hæc artium ars eſt, cavere, ne peccare in proclivi ſit: uti econtra niquiſſimum, ſævire in eos, quorum uinis lapides objeceris. Id autem maximè obſervāt judices Chriſtianæ Urbis, ut, quæ DEUM directè impetunt, graviùs puniantur: quæ homines, leviùs: quæ externa, leviſſimè: ſecus quā Mundus facit, qui triobolarem furem blaſphemo, aut adultero nullâ comparatione acerbiùs caſtigat. Illi ut ſemper ſanguinis fundendi parci ſunt, ita in ſanguinaria ſupplicia non libenter cōſentiunt: Mundus fraterni etiam & innoxij ſanguinis prodigus, inter ludicra, quæcunque mortis ſpecies prima in buccam venit, eam eijcit, uno hoc effugio ſecurus, quod non gladium ipſe, reſtim, aut rotam, vel ignem ſed per miniſtrum adhibeat. Bella me Chriſte Reipub. ratio, facere fures ex diſſolutis, adulteros ex intemperantibus, homici-

das ex divagantibus, veneficas ex meretricibus, ut habeas, quorum ſanguine Deo ultori lites: Cùm longè humanius ſit, prima vitiorum rudimenta & radices evellere, quàm adultos caules reſecare. Nam perdere hominem, cujusvis eſt; corrigere, non, niſi optimi.

20. De Nobilitate.

NUlla eſt in hac Republicâ vel dignitatis ſucceſſio, vel ſanguinis absque virtute æſtimatio. Quamvis enim, qui benè merentur maximi fiāt, & monumentis ornentur, hæc præ reliquis liberorum gratia eſt; ut domeſtici exempli frequentiùs admoneantur, virtutūq; hæreditas inculcetur. Quòd ſi hanc poſſederint, in parentum laudatam memoriam facilè rebus admoventur, ſic tamen, ne libera electio novæ virtuti iniquior ſit. Nam qui DEO agente, qui virtutum omnium primus motor eſt, emergunt, vel DEI reverentiâ honorandi, & curandis rebus adhibendi ſunt. Sed & id palàm eſt; Divina

dona-

donaria hinc oriri, illinc occidere: ut pateat, non humanum esse, excellere, nec tamen paucorum hominum, sed Cœlicæ distributionis. Quid alij hîc peccent non opus est referre, qui ex generis prærogativâ peccandi licentiã, & corruptionis fomites tam frequenter excolunt, ut Heroum proles non degener, admirationi sit: nempe ut parentes per laboris arduos colles ad virtutis sublimem arcem ascenderunt: ita liberi per voluptatum labyrinthos ad vitiorum profundas voragines delabũtur, qui si retrospicerét, vel in res mortalium circumspicerent, nunquam certè committerent, ut, quod apud Deum hominesque commendare eos potuisset, voluptatum illicio, & assentatorum perditione in præsentissimum corporis animæque præcipitium verteretur.

21. *De Præfectis.*

HÆc media civitas ab Octoviris regitur, quorum singuli singulas turres majores inhabitãt. Iis sub-

ſunt octo alij præfecti, per minores turriculos diſtributi. Omnium non herilis animus eſt, ſed paternus; neque concreditorũ major trepidatio, quàm reverentia. Nam quodcunque alios jubent, id ſimul peragunt; nec magis voce, quàm exemplo præeunt. nihil hac imitatione facilius, nihil ſequelâ liberius; ubi nemo corrigit, niſi qui incorrigibilis: nemo docet, niſi doctus, & ipſa regula præcipit, Qui primus in Mũdum violentiam introduxit, & dedignationem, nihil divini habuit. Deus ſuos adit, & aditur: Deus auditur & audit: tantum abeſt, ut nobis eiusdem luti fictilibus mutua adoratio & conculcatio licita ſit, nedum decora. Cùm ad Deum omnia *Reipub.* Chriſtianæ referantur, nihil opus eſt *arcanis*, aut *ſtatus rationibus*, quibus Satan in regno ſuo delectatur. Omnia in propatulo ſunt: ſcilicet timere DEUM, diligere proximum: quod, ut Divinæ Legis, ita humanæ ſocietatis Summarium eſt. Quid ergò reſpondebunt, qui religionem, juſtitiam & humanam converſationem

omnem

omnem in mera vincula, compedes, & carceres convertunt, & caperatâ fronte, habitu venenato, linguâ lubricâ, pectore clauſo, manibus aduncis non hominibus præeſſe, ſed beſtiis imperare volunt, & his gryphis tota volumina opplent. Certè nec Dei lex, nec Chriſti Evangelium confuſionē admittit, nunquam tamen humanum dominium in ſuis laudat, ſemper fraternam ordinatā communionem inculcat: cui quia Eccleſia renunciavit, ditior quidem, & formidabilior facta eſt, nequaquam ſanctior, quæ etiam ne poſtremâ quidem repurgatione adduci potuit, ut faſtum & duritiem dediſceret, atque curatoribus ſuis rationabile imperium perſuaderet. Ita laboratur, & in medio Chriſtianiſmo nec præcipiens, nec parens ſatis Chriſtianus retinetur.

22. De Publicis Operibus.

SUnt etiam publicæ operæ, quæ omnes cives obligant, velut vigiliarum, ſpeculationum, meſſis, vindemia-

rum, viarum sternendarum, ædificiorum erigendorum, aquæ deducendæ sed etiam fabricarum adjuvandarum munia, quæ per vices omnibus, pro ætate & sexu imponuntur, nec frequentia, nec diuturna. Nam, ut cunctis officijs aliqui certi & periti rerum admoti sint, tamen cùm homines deposcuntur, nemo Reipublicæ obsequium & manus detrectat. Nam, quod in ædibus nostris nos sumus, id illi in urbe sua sunt quam unam domum non immeritò credunt. Unde nulla turpitudo est, quibuscunque laboribus publicis non impuris deservire. Hinc in tempore, & nullâ molestiâ omnia, etiam in speciem laboriosa perficiuntur, cum multitudinis promptitudo facilè maximam molem vel congerat, vel distrahat. Quis verò non credat, cùm privilegijs & commoditate universitatis gaudere & perfrui singuli velimus, paucis curam & labores iniquissimè imponi, multis perpetuam torpedinem, & ingluviem permitti? Econtra quis dubitet, unumquemque civem

dece-

facere suo loco & ordine Rempub. non linguâ tantùm, sed manu & humeris juvare? At carnalibus præpostero ordine sordet, terram, aquam, lapides, ligna, aut ejusmodi contrectare: equos, canes, scorta, & similia in delicijs habere, magnificum est; quod illi non insulsè rident, cùm in insignibus suis non ferocitatis aut pompæ, sed humanitatis & laboris instrumenta passim depicta ostentant, & vanitatis ac brutalitatis confessionem illis exprobrant.

23. *De Domicilijs.*

ÆDes nemini propriæ sunt, omnes in usum concessæ & assignatæ; si id Respublica velit, facilè mutant. Uno exemplo propè omnes constructæ sunt, nitidæ & â sordibus, quod admodum urgent, immunes. Tria communioribus conclavia sunt, hypocaustum, cubile, & culina; & hæc duo ut plurimùm ligneo pariete divisa. medietas intra turres areolam habet, patulâ fenestrâ, ubi ligna, & gravio-

res ſarcinæ in ſublime per machinas attrahuntur. Una domicilio janua eſt, quam pater curat, eaque in podium exitur, quo vel per turres, vel intermediam cochleam aſcenditur. Hîc ſchema inſpiciendum eſt; neque enim vacat minutiora alia recenſere. A tergo ſingulis ædibus hortuli ſubjacent, magnâ diligentiâ & elegantiâ culti, quod ad ſalubritatem & fragrantiam faciant. Tectum publicæ rei ſervit, quod muri ſcalares igni cohibendo frequenter conſtructi diſtinguunt, & incilia undique claudunt. Feneſtras duplices habent, Vitreas & ligneas, ita muro immiſſas, ut quamlibet depromere, utramque etiam recondere liceat. Cellæ privatæ, anguſtæ ſunt, quòd parum ſit, quod in ijs aſſervent. Atque ita, quod apud Mundum maximi ſumtus, ingentisque moleſtiæ eſt, hi in percommodam veluti teſtam contraxerunt, ubi nihil, quod tegere hominem, & reculas ſuas continere poſſit, deſit. Servantur autem publicis impenſis, ſed ne quid temerè corrumpatur, aut immutetur, inſpe-

ectorum diligentiâ providetur. I-
nis vix unquam nocere poteſt, aut la-
is prorumpere. Frigus fornacibus
ellunt, æſtum umbraculis. Infelices
nè omnes illi, qui, cùm æterna ſibi hic
bernacula conſtruxiſſe credunt, ſe-
ùs intelligunt alijs in alieno laboraſ-
e, interim domi nunquam, ne in cor-
ore quidem ſuo fuiſſe: ſed infeliciores
dhuc, ſi Chriſtus, dum pauperum tu-
guriola inviſit, illorum inauſpicata pa-
atia prætereat!

24. *De Supellectile.*

HInc de ſupellectile facilis conje-
ctura eſt, nullam eſſe, niſi neceſ-
ſariam ac proinde exigua. Lectuli pro
familiâ & advenâ boni mundiq́ue ſunt,
& inſtructi. lintea, mappæ, induſia,
ſtrophiola pro feminæ munditie lota.
Menſæ apparatus debitus, culinæ vaſa,
quæ ſufficiant. Quid enim numerum
exigas, ubi nunquam ex publico de
eſſe poteſt, quod rationabiliter petie-
ris? Veſtes non niſi duæ ſunt, labori-
bus una, altera ferijs conveniens, ac in
Uni-

Universum omnibus uniusmodi: formam sexus distinguit, & ætas: materia ex lino & lanâ est, æstate & hyeme commutata, color albus vel cinereus cunctis: luxuries sartoria nemini. Pocula ex vitro plerunque sunt, ex stanno & ære reliqua vasa. De armis & literis pòst videbimus. Patet autem, quàm hæc omnis supellex, nullam curam, nisi detersionem; nullam custodiam, nisi simplicissimam; nullos sumtus, nisi minimos exigat, & tamen non minùs, quàm divitum hujus Mundi acervi, caveæ, arcæ, & similes carceres satis faciant. Si quod instrumentum præter quotidiana exigas, officina id suppeditat. Nam instrumentorum tam publica, quàm privata est copia, quia artificum integra civitas. Pudeat autem eos, qui inertes magnâ turbâ sunt, interim varijs vasis, & instrumentis superbire, dum nihil rerum, nisi alienis manibus oculis, auribus tractant, iisdemque inutili solicitudine accumulant, miseros utique tam operosâ & multiplici suffulcimentorum strue, qua dum ele-

vari

ri grallis è solo & sublimes apparere
erat, ad obeundam terram, & sub-
landum Cœlum pariter redduntur
eptissimi.

25. *De Lumine nocturno.*

NOctem non planè tenebrosam
patiuntur, sed eam accensis hinc
dè lucernis illuminant; cujus hic est
ûs, ut & securitati Urbis prospiciant,
divagationes inutiles arceant, sed &
igilias minùs horridas reddant: quin
nò Satanæ obscuro regno, & caligi-
osis ludibrijs hoc modo adversantur,
lucis æterni volunt esse admoniti.
Quid sibi Antichristus cereorum fre-
quentiâ voluerit, ipse viderit, nos ab-
horreamus ab eo instituto, quod homi-
nis in tenebris versantis trepidationem
mitigat, & velum, quod caro nostra li-
centiæ ac dissolutioni libenter obducit,
extenuat, Nec est cur sumtum hic æsti-
memus, cùm in alijs maxima eorum
frugalitas sit, alibi in rebus propè o-
mnibus maximus luxus. O si in lucem
plus impenderetur, non tanta esset no-
ctis.

ctis ad omne genus malignitatis opportunitas, non tenebrionum ea frequentia! O utinam lychnus cordis nostri crebrius accenderetur, non toties conaremur Dei lucidissimos oculos fallere! nuncdum Mundum tenebræ excusant, & in turpissima quæquæ solvunt, dum, quorum cum pudet, cæcitatem ijs obtendit; quid faciet, cùm Sole Christo reverso, caligo omnis dispelletur, apparebitque fæditas ejus, quam tot involucris obtegit? cùm cordis libido, oris hypocrisis, manuum furta, & quàm plurima ejus inquiniamenta, per noctis umbras tolerata, sibi infamiæ, beatis erunt irrisui?

26. *De Collegio.*

NUnc tempus, est ut ipsum urbis penetrale adeamus, quod primũ civitatis mobile meritò dixeris. Id quadratum est, extra 270. p. intra 190. p. dimensionis, quatuor turribus angularibus conclusum, & transversis totidem alijs sectum, duplici item hortorum serie septum. Quatuor contignatio-

ationes totius ſtructuræ ſunt, 12. 11.
. & 9. pedibus aſſurgentes, quibus
tres octo etiamnum pedibus ſupere-
inent. Ad forum, quod interius, pe-
ſtylium eſt, 72. Columnis aſpectabi-
. Hic Religio, juſtitia & Eruditio ſe-
em ſuam habent, quorum urbis regi-
ıen eſt, habentque adjunctam inter-
retem, Eloquentiam. Nunquam mi-
i viſum eſt tantum humanæ perfe-
tionis, uno in loco collectum; quod
um fatebimini, cùm per ſpecies rem
udiveritis. Mirari tamen libet, quid
ibi velimus, qui res optimas diſiun-
gunt & diſpergunt, quarum combina-
tio nos beatos, quouſque terra ſinit,
efficere poſſet. Sunt, qui religioſi eſſe
volunt, & humana omnia abijcere;
ſunt, quibus imperare, etiam irreligio-
sè, placet. Literæ intermediæ perſtre-
punt, nunc huic, nunc illi faventes, ſibi
tamen applaudentes maximè: Quid
deniq; lingua faciat, niſi irritet Deum,
turbet homines, perimat ſeſe? Itaque
concordiâ opus foret, quàm nemo niſi
Chriſtianiſmus dare poteſt, qui & Deũ
homi-

hominibus conciliat, & homines inter se connectit, ut piè credant, benè agāt verè sciant, tandemq; feliciter moriantur, & æternū vivant. Ah uniamur aliquando, ne in omne ævum disuniamur.

27. *De Triumviratu.*

Cur Aristocratiam, quàm Monarchiam maluerint, considerādum est. Nam ut multa sint Monarchiæ cōmoda, hanc tamen dignitatem malunt Christo servatam, & humanæ modestiæ non immeritò diffident. Non fert Christus nimis absolutū legatum, nec homo nimiùm elevatus libenter Cœlum suspicit, terras respicit. Experiméta in proximo sunt, eò tristiora, quò in tyrannidem & dissolutionem homo proclivior. Hîc certè Triumviratus tutissimus est, qui nisi optimos Reipublicæ & exercitatissimos non admittit, cùm per omnes virtutum gradus eò ascendendum sit. Quod suum est, quisq; principum agit, non tamen insciis aliis: de reipublicæ salute omnes consulunt.

Ha-

abent Senatum singuli,sed certis die-
is unum conjunctum, ut communi
sensu de rerum summâ decernatur.
Decet sanè omnes devotos, omnes
rudentes,omnes scientes esse: sunt ta-
nen certi quidam ad hos ordines, vel-
t exactiores,distincti. Cancellarius o-
nnia patrum decreta eloquitur, dictat,
vulgat, cujus maxima debet esse dex-
eritas & fides. Nullæ hîc lites diri-
nuntur: nec enim tantæ sunt illorum
controversiæ,quæ non tribunorum ar-
bitrio cõponi possint: sed potius Chri-
stianæ Religionis veritas, virtutũ cul-
tura, & ingenij acuendi rationes, tum
fœderum, belli, negotiationum, stru-
cturarum & alimoniæ requisita in de-
liberationem veniunt,magnâ spirituũ,
modestâ tamen, libertate, & donorum
Dei collatione. Ita illi res serias serénâ
mente, dum alij ludicras turbatâ & an-
xiâ peragunt, evidentissimo vanitatis
suæ testimonio, qui molestias sibi eruũt, imponunt,aut, si, absint fingunt,ut
jugi earũ tractatione semet torqueant.

28. De

28. *De Religione.*

DUM hæc intueor, potuiſſem fanaticam aliquam urbem ſuſpicari, cùm apud Mundum, quicquid cœlum quærit, hæreticum ſit: ſed me errore mox duplex tabula, cui Cõfeſſionis & Profeſſionis ſumma, aureis literis inſcripta erat, liberavit, cujus verba uti à me deſcripta ſunt, hoc habent: I. *Credimus toto corde in* DEUM *Vnum & trinum, optimum, ſapientiſſimum, maximum, æternum; Patrem, qui Mundum ex nihil creavit, eundemq́ ſervat, movet ac gubernat, Cujus miniſtri Angeli boni, cui rebellis Satan damnatus, cujus deliciũ homo quondam divinitatis imago & mundi princeps, cui invisum peccatum, cujus interpres Scriptura omnis ſapientiæ & bonitatis breviarium, cujus affectus per Filij traditionem apertiſſimus & clementiſſimus.* II. *Credimus toto corde in Ieſum̃ Chriſtum,* DEI *& Mariæ filium, coæqualem patri, conſimilem nobis, Redemptorem, duabus na-*

ris personaliter unitum & utrisque mmunicantem, Prophetam, Regem, ' Sacerdotem nostrum, cujus lex graa, cujus sceptrum pacis, cujus crucis est crficium. III. *Credimus per eundem piritus regenerationem, peccatiq; inuctionem, carnis etiam nostræ cum eo r in eo fraternitatem, dignitatisq; per dami lapsum ablatæ restitutionem.* V. *Credimus, Vitâ ejus Paßione & iorte justitiæ Dei satisfactum, & miseicordiam promeritam, eandemq; per vangelium nobis oblatam, nostræq; fi-lei dono datam, ac puritati vitæ concre-litam, indeq; peccati dominium cruci-ixum, peremptum & sepultum.* V. *Cre-limus inferni regnum, mortisq; venenũ lestructum, & Resurrectionis victoriâ ecuritatem nobis sub Dei curâ redditã.* VI. *Credimus infinitum & æternum Christi imperium, quæ ad dexteram Patris Omnipotenter & Omnipræsenter Ecclesiæ suæ adest, & tam Verbo Spiritualiter, quàm carne & sanguine realiter eam pascit, fovet, & vegetat.* VII. *Cre-*

Credimus ſupremum ejuſdem judiciu
quo in omnes homines bonos atq; mal
ſumma majeſtate pronunciabit, &
quum ab iniquo exactiſſime dijudicabi
VIII. *Credimus toto corde in Spirit*
ſanctum, conſolatorem & Doctorem n
ſtrum quo ſanctificamur, vivificamu
& ornamur, poſteaquam libertate a
bonum excidimus, quo erudimur ſup
naturam, armamur contra natura
conciliamur cum natura; quo caleſc
mus, unimur & in linguas dividimu
quo præterita, præſentia & futura ſ
modulo videmus & audimus; quo Ve
bum Dei introſpicimus. IX. *Credim*
ſanctam & univerſalem Eccleſiam, b
ptiſmatis aquâ ab infantiâ luſtrata
& Euchariſtiæ communione paſtam, a
que ſic novi fœderis ſignaculis aſſecura
tam, Verbi interim miniſterio erudit
cruce exercitam, precibus officioſa
Charitate laborioſam, communione l
beralem, ex communicatione formida
bilem, quam per univerſum orbem d
ſtributam, fidei unitas connectit, dono
run

m diversitas amplificat, Christus ma-rus, & caput invictam reddit, ordi-mq; decor, & matrimonij castitas ex-nat. X. *Credimus peccatorum omniū r Verbi ministerium gratuitam con-nationem, nostraq; obid gratitudinis obedientiæ obligationem.* XI. *Cre-mus carnis humanæ universæ resurre-onem, ita exoptatam fidelibus, ut ob mors naturalis maximè ijs diligēda; i formidabilem impijs, ut ob id vita turalis maximè ijs execranda habea-r.* XII. *Credimus æternam vitam, ia perfectam lucem, actionem, quie-m, scientiam, saturitatem & jubilum ßidebimus; qua Satanæ malitia, mū-impuritas, hominum corruptio coher-bitur; qua benè bonis, & malè malis, & crosanctæ Trinitatis gloria æviternum stra erit atq; visibilis.*

29. *De Politia.*

HActenus Religionem audivisse licuit; morum verò normam al-ra tabula continebant, cujus hæc ver-

ba sunt: I. *Studemus omnibus viribus* Deo, *humani generis conditori & rectori unico, omni cultu & adoratione subesse, eidemq́; nihil cæleste vel terrestre præferre, & vitam nostram, actionesq́; cunctas ad gloriam ejus referre, cum auxilio eius perficere.* II. *Studemus sacrosanctum nomen* Dei *nullâ blasphemiâ irritare, murmuratione alienare, levitate dehonestare, socordiâ negligere, & sanctißima salutis nostræ mysteria reverenter habere.* III. *Studemus* Deo *nostro feriari, & à carnis tumultu silere, quietumq́; Trinitati sacrarium, proximo purgatum habitaculum, creaturis respirationem procurare, Divinoq́; Verbo vacare unicè.* IV. *Studemus parentibus amorem, superioribus honorem, paribus decorem, concreditis pudorem, reipublicæ laborem, posteritati odorem servare & exhibere, ac mutuis officijs Christianæ Charitatis munia obire.* V. *Studemus iram refrenare, impatientiam refrigerare, humanum sanguinem æstimare, vindictæ oblivisci,*
invi-

*vidiam abhorrere, & mitißimũ Chri-
i pectus solicitè æmulari.* VI. *Stude-
us juventutis innocentiam, virginis
rem, matrimonij castitatem, vi-
uitatis continentiam incontaminatam
stodire, & temperãtiâ ac jejunijs car-
s luxum & crapulam perdomare.* VII.
udemus, bonis à DEO *concreditis quàm
iligentißimè pacificè, commodè, &
m gratiarum actione perfrui, & ac-
uisitionem, distributionem quàm æ-
uißimè, adhibitionem modestißimè,
nservationem tutißimè exercere.* VIII
*tudemus Veritatis Lumen, conscientiæ
ndorem, testimonij integritatem sar-
 liberaq́ propagare, & omni tempore,
cove Dei præsentiam revereri, inno-
ntes tueri, nocentes convincere.* IX.
*tudemus nihil alienum turbare, Divina
umanis non confundere, sorte nostra ac-
uiescere, ædes nostras quietè inhabita-
e, & universi hujus mundi diversorium
espicere.* X. *Studemus nostram com-
unionem ita instituere, ut suum cuiq;
etur, serveturq́, neq; quisquam potiùs*

alterius res concupiſcat, quàm ſuas ornet, ac in Dei gloriam, ſalutemq́ publicam impendat. Has cùm legiſſem tabulas, haud paulò confirmatior redditus ſum, hîc Chriſti populum eſſe, cujus Religio cum Apoſtolis, politia cum lege Dei conveniret. Quæ duo etſi & Pſeudochriſtiani jactitent, tamen qui mediocriter inter eos verſatus eſt, facilè videt, verba ſacra, ferrea ſecreta; auguſtam confeſſionem, arctam confuſionem; concordiæ formulam, & Diſcordiæ forum frequentia eſſe; interim accuſare carnem, & tamen auxiliares DEI manus, Spiritusque ſufflamina non admittere.

30. *De Theologo.*

CUm hinc educerer, admiſſus ſum ad Presbyterum, non equidem Romanum aliquem pontificem, ſed Chriſtianum. Is Abialdon vocabatur, Vir venerandi ſenij, & ex cujus vultu Divinitas aliqua relucebat. Nemo ſacri Verbi peritior, nemo eiuſdem interne ex-

iè experientior. Cùm mecum loqueretur gratioso zelo, agnovi Dei Legatum & internuntium; ita nihil terram despiciebat. Cùm nostro more titulis honorare vellem Virum, non tulit dedignatus Mundanas ineptias, satis ornatum se dicens, si servum Dei, & Patrem meum crederem. Ajunt, eum à Deo persæpe agi, & hinc insolita proferre, sed maximâ Spiritus verecundia. Semel tantùm in septimanâ, ac Solis die populum alloquitur, & Divino eloquio erudit, quem fatentur nunquam audivisse sine interno bonæ mentis motu. Pudor sit, alios monere, quod ipse prior non fecerit, ut vel tacitus in concione stans loquatur. Tempus omne sacris meditationibus, & exercitijs maximè verò rei Christianæ augendæ ipsi insumitur, neque aliam voluptatē quærit, quàm Cœlici cibi. Cùm benediceret mihi, nescio quid intra me calidi sensi, & animum omnem perfundentis. Sanè efficacior est vera Theologia, quam multorum apud carnales prædicatio. Erubui, cùm in mentem

venit aliquorum ambitio, avaritia, invidia, vinolentia, & alia sacri ordinis prophana. Credas, illos non credere, quod alijs volunt persuasum, si tamen persuadere didicerunt. Mihi cum bonâ eorum veniâ Abialdon placuit, vir fervidi Spiritus, frigidæ carnis; amãs Cœli negligens terræ; Proximus operæ: procul à loquacitate: ebrius Deo, abstemius voluptatum; vigilans gregi, soporatus sibi; primus meritis, ultimus gloriâ.

31. *De Conscientia.*

Non tempero mihi, quin etiã hujus conjugem laudem, ut audiatis maritum esse. Hæc Senidis nomine, lectissia femina, pietatis & temperantiæ ad minimos usque scrupulos observans, nihil prætermittit, cujus virum monere expedit. Vt sagacissima est, ita vix fallitur: ut ingenua, non fallit. Vultu serena semper est, mente tranquillâ, scilicet optimè nupta: multâ & floridâ prole maritum beavit, è qua etiam Alethea sunt & Parrhesia. Res suas solicitè cu-

: curat, & conjugio ſuo opulenta eſt,
ieni nihil appetens: ne quid incuriâ
ereat, ſatagit, & mundiciem undique
fectat. Loquitur, cum opus eſt: de
ætero ſilentium amat: ubi dexteritate
pus eſt, & induſtriâ, parem non ha-
et: unde Sanctuarij velamina & aulæa
uius manibus texta ſunt. Cùm huius
ecordor, ſordét mihi terrigenę feminę
ã aut ſuperſtitiosè ſcrupulantur, aut o-
nnino ſoporatæ ſũt, aut importunè ob-
urgant, aut nefanda quæque admit-
unt, aut vultũ caperãt, aut laſcivè bac-
hantur, denique nunquam tempeſti-
vè maritos admonent, nunquam can-
didè amant, vel frugaliter fovẽt. Quip-
pe ea conſcientiarum Mundanarum le-
vitas eſt, ut poſt vanitatis humanæ tri-
pudia, cùm vitiorum mella inamare-
ſcunt, non opportunâ correctione ad
Deum reflectant, ſed canino latratu ob-
tundant, & ad deſperata præcipitia im-
pellant. Benè ſit illi ſacræ matronæ, quæ
exemplo ſuo docuit poſſe rebus noſtris
ſummam curam adhiberi, tamen lætâ
fronte in DEO ſaturari!

32. *De Diacono.*

HAbet Ecclesia Christianæ Urbis etiam Diaconum, Achban nomine, Abialdoni conjunctissimum, cujus munus erudire juventutem, dispensare Sacramenta, jungere matrimonia, consolari ægrotantes: non quòd ad Presbyterum id non pertineat, sed ut minus. non despicit Senior collegam, sed hic illum suspicit; non ille hunc laboribus aggravat vel deprimit, sed hic illum sublevat: non jubet ille, sed hic paret. Qui inter patrem & filium affectus mutuus esse debet, hic ad unguem exprimitur, quamvis annis non multũ differant. Nihil efficaciùs imperat, nihil servit promptiùs, quàm Charitas. Non lubet Diacono quicquam immutare, efferre sese nunquam inanimum inducit; gaudet autem ex patre suo audire, quid Deus jubeat, quid expediat Ecclesiæ. Sermonem ad populum mediâ septimanâ habet, atque semel. Nescio enim, cur illis in concionum raritate cum aliis non conveniat; nisi quòd

suspi-

ſuſpicor magis elaboratas velle, quod in tanta frequentia fieri vix poteſt, ac quotidianis tum precibus, tum lectionibus, ſi quæ deeſſe poſſint, largiter adimplere. Habent enim ex Theologicâ ſcholâ, qui præcellentiorum Dei organorum devotas meditationes publicè prælegant, quod præſtare aliorum juvenilibus tentaminibus arbitrantur. Nec diſplicuit mihi, cùm lectionem certam, quàm memoriam dubiam, fideliorem exaudirem. Non ſufficit certè unus homo, qui S. Spiritum audiat, carnem frenet, barbaros cicuret, labores ferat, familiam curet, & victum quærat, quod tamen à 20. annorũ Diaconis Mundus exigit, &, ne quid deſit, quod agant, cum fame conflictari jubetur. Duo certè in hominibus miror, qui adducant juvenes, ut animas eorum curent; qui adducantur, ut animas ſuas juvenibus concredant; permitterem tamen, ſi multi darẽtur Timothei: quos quia rariùs video, imò quia nefanda video, doleo Eccleſiæ ſorté, quæ ſub ſocordiâ & temeritate terrena ringitur.

33. De Judice.

Postea ex Triumviris alterum salutavi, cui Abieser nomen, Vir ad eam regulam natus, ut nemini faciat, quod sibi factum nolit, quod velit, omnibus procuret. Non genus hunc, nec opes, quæ nullæ hîc sunt, extulit, sed animus tranquillus, & pacis amans. Non inclusus velut ex tripode responsa pronunciat, nec intuitu cives contremefacit, sed velut Sol exoriens omnibus patet, omnia serenat. Ut omnia absolvam, Urbis paterfamiliâs est, gaudetque vocari Christi minister. Hujus est mensuras, pondera, numeros ritè adhibere, & exactam rerum proportionem administrare. Quæ homini cicurando, & Adamo perdomando conveniunt, artem suam credit, & ad vitæ æternę æmulum præludium omnia refert. Sic enim sentit optimam Reipub. faciem esse, quæ Cœlo quàm proximè conveniat, & ut religiosissimus est, salutem urbis credit Deum propitium; perniciem, iratum. Itaq; hoc agit, ne peccatis civium, nu-

men

ıen offendatur, ut concilietur fidei or-
amentis. Hinc invicta urbs eſt, niſi i-
ſa priùs vitiis ſuccumbat. Nihil tam
ıinutum à Satana immittitur, cujus
ıcrementa nō metuat, & quā primùm
rofliget. Certè mundi ſecuritatem
ıunquam ſatis admirari poſſet, qui vi-
iorum commercia publica fert, nec
ontagionem timet; abominationes
)eo objicit, & de nauſeâ ejus dubitat;
olíticis maximis ludit, & Chriſtia-
ıam ſocietatem jactat; ſatisq́; ſibi pro-
pectum credit, ſi non deſit, qui magnâ
ompâ, & voluptatum maximo ſatel-
itio ei imperet. Itaque ut Urbs Chri-
ſtiana juſtitiæ vigiliis ſemper auguſta
& florentiſſima eſt, ita terrenæ civita-
tes ſub iniquitatis ſocordiâ in dies e-
marceſcunt.

34. *De Ratione.*

AUdiamus obſecro etiam de hu-
jus conjuge aliquid. Nunquam
vidi feminam minùs credulam, nun-
quam audivi ſermones magis profun-

dos & circumſpectos. Si quid verò credit, & pronuntiat, certiſſima reperiuntur. Hinc ſine cauſa nihil agit, causâ tamen marito ſuo conveniente. Oculis propè aquilinis eſt, qui ſolem ferre poſſunt, & longiſſimè proſpiciunt. Nõ fert vanos rumores, aut vulgi ſtupórem; non fert virtutum obſcuritatem, vitiorum famam; non fert libertatis vincula, ſervitij diſſolutionem; nõ fert omnem præcipitantiam. Haud pudet maritum cum ea de rebus arduis colloqui; auditque eam libenter; ſed arbitrium ſibi ſervat. Si in cœlum curioſior ſit, cohercet feminam, & cœli admonet, jubetque in girgillis ingenioſam eſſe. Ita ſub imperio pacatè vivunt, ac jucundè, documento iis aptiſſimo, qui aut omnia, aut nihil cum mulieribus communicant. Qui Stagiream habet, nihil vel Deo credit, niſi femina approbet: nihil non veriſſimum jurat, quod ipſa nugatur; qui Athenienſem, nunquam interpellãtem audit. Quàm abſurda in Republica committuũtur, quia nec ſcitur, nec fertur *quare*. Credit

Mun-

Mundus incredulis, ſequitur cæcos, exhorreſcit debiles, alit otioſos; & quid non inconcinnum admittit? Non ergò ſuccenſeat, ſi quis eũ rideat; imò amet illos dicaculos, qui ab ipſo cur hoc vel illud agat, patiatúrve, etiam importunè quæſitant. Nunquam pænitebit, è tenebris in lucem, è ſervitute ad libertatem ſtimulatum eſſe.

35. *De Modo.*

HUic alteri Triumviro adeſt Achitob, publicus urbis æconomus, cujus hæc cura eſt, ut, qui publici ſunt reditus, & promtuariorũ copia, in ſingulos ita diſtribuatur, ne quid æquo minus cuiquam obtingat. Cujus longè major, quàm opinari poſſemus, eſt facilitas. Nam cùm nemo in victu prærogativam affectet, aut fercula plura, quàm anni ratio & urbis conſuetudo fert, ſibi depoſcat, ſed æqualitatem ad unum omnes ſervent, expedita eſt pro numero & annonâ diribitio, quæ ut purè commodeque coquatur, muliebris ſit muneris, atque diligentiæ,

quarum etiam est pro ægrotis eos petere & parare cibos, qui optimè conveniant. Huic calculandi maxima est dexteritas, qua cives cum annona ita adæquat, ut nunquam esuriant, nunquam in Spiritus servitium saginent: Optato verè instituto, illisque opponendo, quorũ alij fame premuntur, alij vix integro penore saturantur, & benedictionem divinam non saturitate, sed superfluo ac vomitu metiuntur. Indigni vitâ qui etiam in mensa, & ipso omaso principatum appetunt, nihilq; cœlestes epulas morantur; sed Terræ alimentis distenti, dum macilenti Dei servi in Cœlos subvolant, aqualiculi pondere ad Tartara demerguntur. Paucis natura acquiescit: Unius hominis ingluviei nec terra, nec Mare, nec aër sufficit, donec in igne tandem sine fine & modo crucietur.

36. De Erudito.

TErtius Triumvirorum Abida, Scientiarum humanarum habet regimen,

imen. Hunc, præter opinionem, reperi ſine ſupercilio & ſitu. Omnia humana erant in Viro, nihil moroſum. Credebatur vix aliquid neſcire; & tamen ſummâ modeſtiâ omnium ignorantiam profitebatur. Non fuit opus magis, quàm apud Collegas, titulorum phaleris. Profeciſſe ajebat, qui S. Spiritus diſcipulus audiret. Cùm eruditionis omnem complexum inquirerē, nominabat CHRISTUM, & hunc crucifixum; in eum omnia collimare. Videbatur autem ſubinde terram deſpicere, & hinc ſuſpicere Cœlum; inde ſuſpicere terram, & deſpicere cœlum. Terrā enim perſcrutationē Cœli æſtimationem adferre probabat; Cœli pretium repertum, Terræ contemptum. Simul autem omnem eam literaturam improbabat, quæ non redderet Chriſto propinquiores; ſi removeret etiam, execrabatur. Omne punctum in Eccleſiam conferebat, quæ tot mille annis in Mundi Oceano fluctuaſſet: huic deberi omnes linguas, omnem hiſtoriam, omnem ratiocinationem, omnes Naturæ

turæ characteres, omne Cœli artificiū tandē expectari beatæ æternitatis donarium. Solos Christianos scire, sed ex Deo; reliquos nugari, quia ex sese. Hæc me attonitum reddidêre, cùm elevari audirem, quæ apud alios supra laudem sunt. Convictus tamen sum, ubi in mentem venit, cur in hunc Mundum nati simus, nempe ut Christo frueremur inevitabili nostra necessitate, usu ineffabili. Sin interire lubet, heu infelicem illam literaturam, quæ ad paucissimos dies fumo pavit! Exorere ô sacra scientia, quæ Christum nobis explicas, ut hìc discamus non dediscenda, sed in omnia secula adaugenda, & duratura.

37. *De Veritate.*

DEbeo id optimæ Matronæ, hujus conjugi, ut, qualis sit, obiter explicem, cùm me benignè habuerit. Nihil in hac fucatum est, omnia simplicissima & aperta. Quicquid videt vel Divinitati, vel humanitati adversum, non approbat; sed cum candore & sale

car-

rpit: hypocriſi & ſophiſticâ nihil ha-
et æquè contrarium, res omnes in
no & fundo aſpicit, & quales reperit,
arito detegit. Non æſtimat carnis lo-
acitatem; ſed Spiritus ſilentio gau-
et; ſi qua contentio inter mulierculas
itur, nulla conciliationi aptior. Ser-
o brevis eſt & Chriſtum redolens, ut
ui ſeipſum probat, & adverſantes ſine
otu convincit. Pudorem inviolatum
rvavit, cum aliquoties ob vultus ve-
uſtatem à Philoſophis deperiretur.
eatum utique conjugium, & munda-
is immane quantum præferendum,
uæ ijs contingunt qui opinione, adu-
tione & mendacio defloratis jungun-
ır! Cùm ab ijs decipiantur, placet ijs
olus & malunt fabulas monſtroſas au-
ire, quàm hiſtorias pectori ſuo conſo-
ias. Vah ſpontaneam cæcitatem; vo-
untariam inſaniam! inter cadavera im-
nortalitatem ſomniant, inter opaca
larum jubar, inter ſcelera vitam re u-
atam, inter compedes alas, & quid nō?
t ſtultorum numerus nunquam ma-
or & intolerabilior ſit, quàm qui ſapi-
entiam

entiam profitentur. Mihi laudatissim illa femina hoc beneficij præstitit, u nævorum quàm plurimorum, sed mi nus antè cognitorum admonuerit.

38. De Lingua.

QUem suprà nominavi Cancellarium, in propinquo fuit,& interpres Christiani appellari voluit. Magni hujus momentum, unde in malâ Republicâ pessimum, in bonâ optimum crediderim. Illudunt nobis, qui hunc credunt, aliter audire, aliter loqui: ego ingenuum reperi,fortasse etiam in cautum. Habet, cur saturitatem vitet; têperantiam equidem conjugem optimo consilio duxit, quæ cùm sacri silentij observantissima sit, omnem sermonem felicissimâ mixtione attemperat. Cùm de DEO dicendum est, tremit; cùm de Christo, exultat; Cùm de S. Spiritu, fervet; cùm de homine, dolet; cùm de Naturâ, circumspicit; cùm de Satanâ tædet; cùm de Mundo, pudet; cùm de Morte, arridet; cùm de Cœlo, suspicit.

Nun-

nunquam minùs agere videtur, quàm in quotidiana loquitur; usque adeò in minutijs nos versari autumat. Tempus non ad minuta prima, sed sexta & prima pendit, ut jam nihil admittantur clepsydræ. Non monetarum ullibi est cura, quæ hujus Verborum, ne quod otiosum, ne dum vitiosum, excidat. Ita Deus undique resonat, Jesus alloquitur, Spiritus spirat, homo eritur, Naturæ imperatur, Satan frendet, mundus ridet, mors mitescit, Cœlum panditur. Admirabile utique Dei organum, quod humanitatis jura & prærogativam tuetur, & æterni Verbi æmulum est. Nam quod Christus universitati, id hic intrepres societati Christianæ est, ut abdita omnia pandat, & secretos recessus exprimat. Si faveat Deus, laudat; si peccata examinet, confitetur; si irascatur, deprecatur; si cruce exerceat, admittit; si Satanæ opponat, disputat; si carne premat, suspirat; si victum subtrahat, monet; quid singulis opus est? omnia, quæ creator jubet, creaturamque decent, pro modulo suo atten-

attentat, & paratiſſimo obſequio expe-
dit: dum carnales interim ardentes
ore faces circum ferunt, quibus Deum,
homines, mundum & ſemetipſos ac-
cendi, ut inextinguibili tãdem flamma
conflagrent.

39. *De Bibliotheca.*

CUm itaque ſalutatis principibus
arcis conclavia mihi monſtranda
eſſent, 12. occurrerunt aſſervandis rei-
pub. rebus attributa, omnia fornicata
latitudinis 33. p. longit. 33. altitudi-
nis non niſi 12. In primo ingentis mo-
lis bibliotheca cuſtodiebatur, infinito-
rum ingeniorum fætura, in claſſes, &
materias diſtributæ. Quicquid interiiſ-
ſe nobis creditur, id propemodum o-
mne aderat, maximo meo ſtupore.
Nulla terrarum lingua eſt, quæ non ali-
quid ſui huc contulerit, nullum inge-
nium non fuit hîc tributarium: Uſum
tamen ejus non maximi facere Cives
mihi viſi ſunt, & paucioribus libris, ſed
nervoſis acquieſcere. Sacrarum autem
litera-

rarum, ſive Divini Voluminis ſum-
. apud eos autoritas eſt, & precium,
od unum Divino munere homini-
s conceſſum, & inexhauſti myſterij
aſcunt; reliqua ferè omnia pro nu-
mentis habent. Sunt tamen plurimæ
ctionis, hoc medicamine præmuniti,
od nihil humanæ loquacitatis admi-
atur. Libros & ipſi ſcribunt, nullâ
mæ fame; ſed ſi qua parte poſſunt rem
hriſtianam propagare, irridere mun-
im, increpare Satana. Hoc omniũ
tum eſt, ſcire, quantum neſciamus,
exinde ad veram ſcientiam aſpirare,
dignari vanam ingenij humani ja-
antiam. Sed etiam plurima ſunt, quæ
hac Vita neſcire expedit, unde mul-
s ſancta ſimplicitas ꝑ bibliotheca eſt.
lij ex Univerſitatis hujus volumine
tis ajunt habere, quod legant. Plu-
imi intra ſe plus reperire, & artium o-
nnium fontes faciliùs veſtigare con-
irmant, quàm ex librorum integris
truibus. Ita quæ apud Mundum mo-
lò non divina ſunt, illis vileſcunt, quæ
n ludibrium humani cerebri coacer-
vant,

vant, ut inanitatis apud suos convincã
Valeant ergò libri, si illos sequimur; vi
vat liber Vitæ Christus, ex quo faciliùs
certiùs & tutiùs omnia hauriemus.

40. De Armamentario.

DE Armamentario, quod ex alteri parte est, adhuc rigidiorem habẽ sententiam. Nam cùm Mundus tormẽtis, balistis, & machinis alijs, armisque bellicis maximè glorietur, hi omne genus feraliũ & lethalium instrumentorum incredibili copiâ collectum, cum horrore intuentur ipsi, & spectantibus non sine mortalis diritatis exprobratione monstrant: tantum scilicet morti quærendæ & inferendæ excogitari, cũ ipsa nimis in propinquo sit, & in sinu latitet: tantum audere hominem, ut proximo fratri immittat, ad quod ipse contremiscit: tantum periculi negligi ob unius alteriusve nummi dubiam ac ut plurimùm infidelem spem: tantum denique feritatis & violentiæ ad res nihili impetrandas exhiberi: cum à

sana, Mundo, & nobis metipsis majus & perniciosius periculum impendit. Sed tamen arma iniquiori vi repellendæ inviti ferunt, & singulis civibus sua privata distribuunt, quæ in ædibus ad inopinatum casum asservant. Hoc interim seriò inculcant, ut Spiritualis armaturæ memores, nunquam virtutibus inermia & nudata corpora Satanæ exponant, nunquam per crapulam & servitium ventris vigiliarum dividiscantur, sed ad stationes suas alacres & fortes, & insidiantem hostem excludant, & impugnantem Spiritu Dei roborati repellant.

41. *De Fastis.*

Bibliothecæ contiguum est conclave, servandis fastis, legibus & actis civitatis publicis assignatum. Hic multorum lustrorum annales videre licet, indéque majorum dicta, factaque intueri, & cum præsentibus rebus vel gestis, vel gerendis conferre. Hic si quid probè & fortiter actum, in exem-

exemplum & ſtimulum proſtat: ſin ſe
cus, habent, quod emendent, & velu
ſibi exprobrent. Nemini licet Patriæ
hiſtoriæ ignarum eſſe, ſed ea omnem
ætatem circumſonat, ut quovis tem
pore ſe vixiſſe arbitrentur. Qui meri
tis in patriam excelluerunt, magnæ fa
mæ ſunt, nec minoris, qui pietate in
Deum, Prudentiâ in cives, fortitudin
in hoſtes, ingenio in artes eluxerunt
Id quia alij negligunt, culpâ non carē
Quotusquisque enim ſuperioris æv
motus, conſilia, rationesque novit, au
parentum vitam apertè & candidè d
ſcriptam audit? interim ſemideos fuiſſ
omnes ſomniant, & ſi quis peccaſſe a
liquâ re dicat, non id fertur: Mun
di verò res nemo, niſi Adulatio, deſcri
bit, in poſteritatem maximè injuria
Amat fucum ipſe, & imponere liberi
ſuis gaudet: cùm ſemper ſe mutuo ſu
accuſent, cùm revera turpiter vivan
vitæ tamen eorum à Gnathonibus de
pictæ meræ virtutum ideæ ſunt. Hin
eſt, quod multi majorum famam indu
bium vocant, cùm vident ex ſcriptor
lubri

bricitate eam constare. Una Thuani
genuitas publicum applausum me-
uit; sed quam laudare licet, vix imitari.
quis idem apud suos tentaret, vapu-
ret. Vsque adeò turpes sunt mortales,
, cùm nihil Dei oculos revereantur,
men suas imagines ad vivum deli-
eatas intueri ipsi, aut posteritati expo-
ere non sustineant.

42. *De Typographia.*

PRoximè huic adjacet Typogra-
phia, seculi nostri commodo pari-
er & incommodo adinventa: hîc certè
noxia est: Nam præter sacros codi-
es, & qui juventutem erudiant, civiũ-
ue devotionem juvent, libellos rari a-
j imprimuntur. Sunt enim singulis
omestica Biblica vernacula, sunt Cõ-
essionis capita, precum & hymnorum
ibri, & quæ alia ad pietatem faciunt.
Quæ postea Scholæ conveniunt Ero-
emata, magno numero excuduntur,
it pueritiæ Christianæ serviant. Non
icet hîc spargere, quod de DEO dubi-
E

tet, mores corrumpat, ingenio imponat. Quicquid alibi præla excuſentur, admodum ea peccant; nam ut curioſitati alienæ, ambitioni propriæ & operariorum lucro ſatisfiat, nulla de Deo, de offenſione proximi ſolicitudo eſt. Quàm vaſta vanitatis volumina, quæ mendaciorum & ſophiſmatum moles binis anni exonerationibus accumulantur, ut mireris eſſe homines, qui vel titulos perlegant? Hæc nempe eruditi ſeculi, quod jactatur, ſeges eſt, ut periti juxtà & imperiti publicè, & tantâ chartarum multiplicitate nugentur, & niſi quis nomen ſuum Catalogo nundinali inferat, actum de re literariâ & Chriſtianâ arbitretur. Nihil tam impudenter collectum, inſulsè excogitatum, impolitè deſcriptum, inutiliter prolatum eſſe poteſt, quod non bibliopolia occupet.

43. De Aerario.

ARmamentario contiguum eſt Ærarium, cujus apud cives nul-

.us omnino usus, ad exteros non con-
:emnendus est. Nemo credit, quanta
uri argentive signati summa hic con-
ineatur, qua & tributum Cæsari exol-
vunt,& militem, si opus sit, exterum a-
unt, & cum advenis negociantur, &
peregrinos donant, & legationes susti-
nent. Quicquid ære venale est, mini-
mo emtum credunt; quod sanguine,
maximo. Monetæ inscriptiones sunt,
una: SI DEUS PRO NOBIS,
QUIS CONTRA NOS altera:
VERBUM DOMINI MANET
IN ÆTERNUM Pictura illâ facie
Aquilam habet cum transversâ cruce,
hac urbem libro im...si am. Ita qui or-
bem universum affligit, nummus con-
temptus hic jacet, & extra usum nul-
lius æstimationis: neque magnâ cu-
stodiâ opus habet, cùm prodesse in
Republica privato possit nemini.
Ita sine noxa hominibus servit, qui
apud alios supra omnes dracones &
basiliscos pestilens & indomitus est.
Huic debentur publicæ strages, venadi-
tum Cœlum, obstricta anima, manci-

patum corpus, emptus infernus. Quicquid peccatur, pecuniæ imputatur; non iniquè quidem, si se priùs accusent homines rei vilissimæ subjecti. O venale genus humanum, quod libertatem Christianam Antichristo, libertatem naturalem tyrannidi, Libertatem humanam sophisticæ vendidit, & paucissimis obulis superstitioni, servituti & ignorantiæ miserabilem operam addixit.

44. *De Laboratorio.*

Post ærarium, Laboratorium est, chymicæ sagacitati sacrum, ingeniosissimis furnis & rerum componendarum resolvendarumque instrumentis, instructissimum. Nemo hîc sibi metuat ab impostorum levitate, mẽdaciis & mendicitate, sed exactissimam Naturæ obstetricem animo concipiat. Hîc metallorum, mineralium, vegetabilium, animalium etiam vires examinantur, purgantur, adaugentur, combinantur, in humani generis usum & sanitatis

nitatis commodum. Hîc Cœlum Terræ maritatur, & Divina mysteria etiam terræ impressa reperiuntur, hîc ignem regere, aërem adhibere, aquam æstimare, terram experiri addiscitur. Hîc naturæ simia habet, quod ludat, dum principia æmulatur, & per vestigia magnæ machinæ, minutam aliquam, ac elegantissimam efformat. Quicquid antiquitatis industria è naturæ puteō effossum, extractumque est, hîc examinatur, ut sciamus, si quid rectè illa & fideliter nobis patefecit. Humanus ædepol & generosus ausus, cui meritò quicunque humani favent. Alij verò nimis multorum nequitiâ, vel sanè infelicitate irritati ineptâ superbiâ omnẽ naturæ perscrutationem, & rationis humanæ indaginem abiiciunt, satis sibi sapidi, si uno aut altero cavillo ingeniosissimam artem petãt, nec animadvertunt, quàm infinita turpiter credant & admittant, tantùm quia prædicta, & annotata ipsis sunt, quàm supinè præsentissima Naturæ beneficia & medicamina calcent, & ridiculis tamen se-

plasiariorum & agyrtarum fabellis pareant. Peccavi, opinor, in multorum supercilium, mulorúmve præjudiciū; sed veniam dabunt, si audiant, non exercuisse hanc artem, sed inspexisse, & cujus sum facilitatis, benigniùs & commodiùs esse interpretatum.

45. *De Pharmaceutica.*

JAm ultra portam sequitur pharmacopolium, quo orbis terrarum vix habet aliud exactius. Quia enim in physicam maximè propendent cives, hæc illis Apotheca velut naturæ totius compendium est. Quicquid elementa conferunt, quicquid ars expolit, quicquid creaturæ omnes suppeditant, huic infertur, non tantum ob sanitatis curam, sed etiam in mentis instructionē. Quis enim rerum humanarum distributionem faciliùs capiat, quàm ubi classes intuetur summo artificio distinctas, summâ varietate aspectabiles. Est hoc vel invitâ scholâ valdè liberale, & à literatura inseparabile. Nam quæ scien-

cientiæ humanæ angustia est, si inter aluberrima creata peregrina obambuet, si nesciat, quid sibi hoc vel illud in hominis commodum velit, interea inuavi abstractorum & noëmatum crepitaculo oberret nec minus jactitet rerum ornatissimarum scientiam? Hoc agat potius, ut si quid illâ Theoriâ profecit, praxin hominibus probet, & post rerum nomenclaturam, res etiam ipsas agnoscat. Itáne egena erit, ut post artium præcepta nihil artificiosi audeat, ac in ipsa Eruditionis professione, ineruditos consulat? sufficit a. vita nostra, si eâ frugaliter impendatur, ut res optimæ loco pessimarum lõgè facilius impetrentur. Quibus atteruntur ineptiis homines plus inest perplexitatis & laboris, quàm quæ eos attollere, & ad terræ nostræ contemplationem admittere possent: ita rotantur, & rotant alios perpetuâ vertigine, infamiâ indelebili.

46. *De Anatomia.*

HAbent etiam Anatomiæ, ſive ſectioni animalium attributum locum, quod nihil tam prope ſit miraculo, quàm corporum animatorum, ac inprimis hominis, quem Mundi minutum exemplar, & epitomen ajunt fabrica. Id cujus uſus ſit ad deprehendendos membrorum ſitus, & adjuvandum naturæ colluctamen, nemo infi cias ibit, niſi qui cum barbaris ſeipſum ignorare cupit. Sunt tamen, atque è literatorum numero, qui neſciunt, ubi vivant, ubi ſentiant, ubi ſpirent, ubi coquant, ubi excernant, niſi quod credũt intra cuticulam id fieri. His dextrum à ſiniſtro, imum à ſummo parum differt. Illi ex animaliũ membris animæ operationes & organa varia juventuti cõmonſtrant, oſſiumq; mirabilem compagem oſtendunt, unde ſceleta illis non pauca ſunt, ac debitæ varietatis. Interdum etiam humani corporis anatomen exhibent, ſed rariùs: quod à noſtræ miſeriæ intuitu mens mollior abhor

horreat. Ingemiſcamus hoc noſtrum habitaculum tam ſtudioſè cultum, tot periculis ereptum, ac haud rarò animæ detrimento delicatiùs habitum, in eum fætorem & horrorem deſinere. Sed ut naſcendi origo erubeſcenda, ita denaſcendi violẽtia meritò pudorem ſuum habet: Interim vix numerum morborum noſtrorum invenimus. Imo unius membri afflictiones omnes rarò computamus. Adoremus itaque Chriſtum noſtrum, qui ſub eadem carnis noſtræ compage id nobis impetravit, ut purulenta corpora noſtra in pellucida & ſimpliciſſima transmutata, repetere olim valeamus. Cujus unius conſideratione facilè moleſtam carnis ſarcinam feremns, & membra noſtra omnia, quoquo placuerit, Deo parata & agilia trademus, adhibenti impendemus, repoſcenti reddemus liberaliter.

47. De Theatrophyſico.

POſtea phyſicum Theatrum ſequitur, ſuprà quàm dici poteſt elegan-

tiſſimũ. nam Naturalis hiſtoria omnis ad parietes ſummo artificio depicta hic viſitur, Cœli apparentiæ, terræ per diverſa climata vultus, hominum differentiæ, animalium imagines, creſcentium formæ, lapidum gemmarumque ſpecies non hic extant tantùm, & nominantur, ſed etiam docent, & vires qualitatesque ſuas aperiunt. Videas hic ſympathiam & antipathiam: videas hic venena & antidota; videas hic homini per ſingula membra proficua vel adverſa. Cum enim hic dixero, nihil eſt, niſi coram intuearis: nam ſi vel thecas illas tantùm, quibus Naturæ rariora, monſtroſa, inſolitaque continentur, excutere velim, finis non foret. Nónne verò hic expedita eſt rerum terrenarũ cognitio, ſi accuratus commonſtrator accedat, & memoriæ qualecunque ſubſidium. Nam per oculos omnino faciliùs intrat diſciplina, quàm per aures, & ſub elegantia jucundiùs, quàm inter ſordes. Falluntur, qui putant, nihil doceri poſſe, niſi in cavernis, & tetrico vultu, Liberale ingenium nunquam

ala-

alacrius est, quàm cùm doctores suos habet familiares. Quid verò subesse dicemus, quòd multos physicam professos videmus ad obviam quamcunque herbulam hæsitare? nisi ut suspicemur, nunquam ad hoc jucũdum naturæ spectaculum esse admissos, qui, si hos cives audiant, imò & pueros per ludicrũ certamen millenas aliquot herbas discernere, nominare, & ad characteristicas notas sive signaturas examinare, rebus adhibere morbidis, erubescent fortasse, vel quod consultius, nunquam hoc auditorium desererent, quàm ampliore rerum naturalium peritiâ instructi egrederentur.

48. De Pictoria.

EX adversâ pharmacopolij parte, Pictoriæ artis officina amplissima est, qua hæc Respublica maximè delectatur. Nam præterquam quod urbs universa picturis mundi revolutiones referentibus ornata est, maximè tamen in juventutis institutionem, & rerum

discendarum apprehensionem adhibetur. Unde conclavia singula convenientes suas picturas habent, quæ rerum ad ea pertinentium admoneant Præterea virorum illustrium, cum masculis suis aut ingeniosis gestis imagines & statuæ undique prostant, haud mediocri juventutis ad virtutem capessendam incitamento. Cæterum pudorem undique servare seriò jubetur, documento, opinor, ex Mundi temeritate, an impuritate sumto, qui innocentes oculos picturis lascivis corrumpit. Ejus partes sunt vel sociæ Architectura, Optica, muniendi & castrametandi rationes, ac machinarum, etiam & Staticæ delineationes. Quicquid spiritalia habent ludicri, aut si quid aliud persimili literariæ elegantiæ est, id omne in hoc loco est conspicuum, & in rem studiosorum paratum. Et hoc temporis, quod illi in hanc eruditam festivitatem insumunt, alij plerunque aleis, latrunculis aut ineptioribus lusibus aliis deperdũt cujus hic est egregius usus, ut ad res inspiciendas, & aliis exprimendas nihil omni-

omnino ſapiant, ſed inutili admiratione ſtupeant. Quantò feliciùs illi penicillo exercentur, ut quocunque intromiſſi oculos adferant velut inſidioſos, manus imitationi aptas, & , quod rei caput eſt, judicium jam antè rebus par, atque ſubactum, non ſterile & demiſſum. Simul etiam pulchritudo figurarum ita illis allubeſcit, ut unà virtutis ipſius internam formoſitatem, vitæque Chriſtianæ elegantiam toto animo amplectantur.

49. *De Inſtrumentis Mathematicis.*

OFficinæ annexa eſt, Inſtrumentorum Mathematicorum cavea, humanæ ſubtilitatis & niſus contra vincula noſtra teſtis. Nam cùm cœlum tanto intervallo à nobis abſit, nec alæ priſtinæ perfectionis ſuperſint, nolumus tamé inſciis nobis aliquid ibi moveri. Unde aſtrorum itinera variis machinis excipimus & annotamus, ut mirum ſit, potuiſſe hominem tantum &

patientiæ, & pertinaciæ habere, ut ad qualescunque hypotheſes penetrarit. Non recenſebo hic inſtrnmenta, quoniam ex generoſiſſimi Tychonis Brahei deſcriptione ferè omnia liquent: acceſſere pauca alia, & in iis teleſcopiũ nuperum inventum elegantiſſimum. Quæ Geometriæ etiam ſerviunt, hic ſunt., atque vulgarium inſtrumentorum magnus numerus, qui tentaminibus juventutis ſubveniat. Quid autem hæc recito, quaſi neſciam, quàm ſordeant vulgo ingenioſa organa, qui id affectat, ut inſtrumentum Mathematicum adhibere nullum poſſit: quo vel unico ſeſe prodiit quàm mediam literaturæ partem abijciant, & ad res humanas productus ſe reddat inutilem. Donec itaque cum Matheſi in gratiam redeant, qui ſine Matheſi eruditionem profitentur, non credam, neq; fatebor literatos, ſed ſemidoctos inclamabo, cujus teſtimonium vel ipſi contra ſe dederint, cum in forum humanarum ſcientiarum ſe produci patientur. Ubi cum liberalium artium inſtrumenta, &

tionis compendia agnoverint, dex-
èque rebus adhibuerint, honoran-
os eos: ſin velut in aliena terra ignoti,
ihil rebus mortalium ſubſidij, nihil
onſilij, nihil dijudicationis aut tracta-
onis attulerint, deſpiciendos, & ad o-
iliones, bubulcos, & ſubulcos rele-
andos arbitrabimur.

50. De Theatro Mathematico.

TAndem ut me hinc expediam, etiam propinquum Matheſeos Theatrum mihi viſum eſt, ut phyſicum erreſtribus, ita hoc cœleſtibus imaginibus conſpicuum. Hic primum mobile, ut & ſecundi motus expreſſi per artem, & repræſentati proſtabant: hic cœli ſtellati imago, & totius ſuperioris exercitus lucidiſſimi exemplar exhibebatur. Sive convexum ſive concavum velis, vel in planum diductum utrumque hemiſphærium, Sive ſiderum figuras particulariores & exactiores, ſive etiam cœlorum harmoniam, & admirabiles inter ſe proportiones, ſive

ſive terrarum geographicas mappas, ſive machinarum & fabricarum varias delineationes, & minuta exemplaria ſive geometriæ ſchemata, ſive artium mechanicarum inſtrumenta depicta nominata & explicata, nihil omnino deſiderabatur. Videre licebat accuratas paſſionum obſervationes, &, quod recentius eſt, macularum in Luminibus notationes, omnia diligentiâ incredibili, ſagacitate ultra humana exhibita. Hic paſci poterant oculi, ſed literati: hic Memorandi fiebat compendium. Certè cùm eſſem hæc omnia intuitus, cepi paulatim minùs admirari admirandam eorum eruditionem, quæ tot adjumentis promoveretur. At vulgò cùm omnia prodigantur, nulla, aut infra famam, juventutis ſubſidia foventur, ſed conflictari ea cum rerum difficultate cogitur: è quibus ſi quis fortè eluctatur, parùm ſolicitus eſt, quî alios extrahat; Imò, ſi quod lucrum fortè inde obtingat, novis aggeribus, novis lapidibus obſtruit emergendi meatus. Ita ſumptus jactantur ſine uſu, artes ſine in-

institutione, literæ ſine libris, hu-
anitas ſine benevolentia, & omninò
næ mentis palæſtra ſine laudabili-
us exercitiis.

51. De Auditoriis.

CUm inde ad ſuperiora eſſem de-
ductus, vidi ſcholam ſupra fidem
atioſiſſimam, & ſpecioſiſſimam, in
ᴄto auditoria diviſam, ubi juventus,
retioſiſſimum Reipub. depoſitum
Deo, naturæ, rationi & ſaluti publicæ
nflectitur & reflectitur. Nam ſi ſin-
ulis injunctum eſt, ut liberos ad frugẽ
ducent, quid ni in commune id agant,
t optima aliqua educendi ſimul ac in-
tituendi ratio ineatur? Cui negotio
naximi momenti hunc elegantiſſimũ
ocum attribuerunt, ut amorẽ curamq;
uam in optimæ ſpei propaginem te-
tarentur, atque futuram felicitatem
quaſi promererentur: Non Mundi æ-
depol infami exemplo, qui cùm maxi-
mè diligere liberos ſuos videtur, ob-
ſcuro alicui & inſalubri frequenter et-
iam

iam impuriſſimo ergaſtulo includi, ubi fœtore inficiantur, & carceres ferre aſſuefiant. Hic patula, lucida, læta omnia, ut vel picturarum intuitu pueritiam alliciant, juventutem efformen, adoleſcétiam moneant. Hic nec æſtate torrētur, nec hyeme algēt, nec ſtrepitu turbātur, nec ſolitudine horrent. Quod Aulæ luxui & otio tribuitur, id honeſtæ recreationi & occupationibus hic datum eſt, nunquam felicioribus impenſis atque magis lucroſis. nam ſicut terra benè culta cum fœnore reddit quod accepit, ita juventus ſucco Reipublicæ imbuta, & ad lætam ſegetem ſubacta omnia largiter refundit. Hoc tamen felicitatis faſtigiuā eſt, poſſe uno eodemque labore Reipub. incolumitatem, & futuræ vitæ accommodationem propagari, ut quos hic gignimus liberos, non tam terræ, quàm cœlo genuiſſe, cum jubilo experiamur.

52. *De Præceptoribus.*

PRæceptores nō è fæce hominum ſunt, & ad alia inutiles, ſed civium

ſele-

ctiſſimi, quorum in Repub. con-
pius uſus, quibus etiam ad ſupremū
men frequentiſſimus aditus. nem-
uventutem nemo bene curat, niſi
idem Rempublicam curare poteſt,
qui ſe juventuti probat, jam Rei-
approbavit. Ii ſunt ætate graves, &
quatuor virtutibus, Authoritate,
gritate, induſtriâ, & liberalitate no-
les. Niſi enim apud diſcipulos &
uditores valeant, & publicâ æſti-
tione ſint honorati, niſi pietate in
um, probitate in proximum, fortitu-
e & temperantiâ apud ſeſe aliis præ-
it, & virtutem præmonſtrent; niſi in-
utioni & educationi dexteritatem,
acitatem, ſummumque judicium,
ingeniorum diſcrimen adhibeant,
i ſuos ut libera corpora ſuavitate, af-
bilitate, & liberali tractatione, quàm
nis, verberibus & auſteritatis variâ
ecie extimulare malint, non viden-
r his digni, qui minutam Rempubli-
m, ſed majoris ſucceſſoré, efforment,
uibúsve futuræ ſalutis ſummam con-
edant. Quod quia feliciter eis cedit,

ut

ut æquabilem, & consimilem se
per Reipub. faciem retineant, mone
alios non immeritò possent, ne juve
tutis generosissimos surculos & spi
tus hominibus vilissimis, vitiosissim
insulsissimis, & durissimis tantùm
id leviter obiiciant, quoniam minim
conducuntur, donec tales iis filios r
linquunt, qui paterna postea bona n
modiis, sed integris horreis eijcian
fortè & deteriores quondam post se
lios filios relinquant.

53. *De Discipulis.*

DIscipuli, qui & quales sint, lub
recitare. Omnes in universu
civium liberi utriusque sexus discipl
næ admoventur. Cùm sextum annu
absolverunt, parentes eos tradunt, no
sine precibus & pio voto: inde in tre
classes dividuntur, impuberes, pubere
& maturos. hîc cibum capiunt omne
hîc somnum, hîc animi & corpor
cultum. Quò numerosior proles, e
beatior: nec enim deesse quicquam pc
te

quo uno quàm liberè vivant cives, tare est. Nemo parentum certiùs tiùs suos curat, quàm hîc curantur, estissimis quibusq; tam maribus, n feminis, præfectis. Possunt autẽ os invisere, aut invisi ab iis, quo- vacat. Et quoniam hoc publicum ũ est, omnium solicitudine quàm potest felicissimè administratur. apidus sit cibus & salubris, & lectu- andi, ut cubilia purgata, ut vestes & is corporis habitus purus, id curio- xigitur. Aquâ frequenter abluũtur, eis deterguntur. Pectinantur etiam, quid sordium subrepat. Si qui mor- utim vel corpus infestent, tempe- è curantur, & ne quos alios inficiãt, rantur. Hęc illi tã diligenter, quàm ndus sua, ut omnia, negligẽtissimè. m quis scholasticorum squalor sit, æ victus & cubilis sordes, quæ præ- torum in eos inhumanitas, nõ opus me referre: cùm non tã voce, & exe- tionibus, quàm corpore ipso ob id omnem ætatem languente, qui id tulerunt, contestentur.

54. De

54. De Institutionis forma.

ILlis primus & summus labor, De[o] colere purâ & devotâ mente; alte[r] ad optimos & castissimos mores com[-]poni; tertius, exercere ingenium, retr[o-]grado Mundi ordine, si qua tamen D[e]ratio apud multos habetur. Creduntautem se Deo devotos, tum nativitati[s] in hunc Mundum lege, tum parentum traditione. Studia inchoant, non absur[-]dâ Depositione, id est, stultitiæ prælu[-]dio, sed seriis precibus. Inde pergunt per constitutos gradus incipientium progredientium & perfectorum, spe[-]ciosis quidem titulis; sed quos matur[i] facti facilè dediscunt. Magnum hi[s] gradibus calcar inest, cum mens gene[-]rosa laude evehatur, ignominiâ stimu[-]letur. Sed integritate distributorum o[-]pus est, ne dum hi ludunt, juventuti il[-]ludant. Est ubi hic alibi peccetur, atqu[e] eò evidentiùs, quò non sine lucro & damno fit. Nam nummos accipere, & imperitos Reipublicæ vendere, nescio cujus æquitatis sit. Pœnæ fiunt absti[-]

nenti[-]

netiâ & labore; ſi res poſcat, verberi-
bi, aut, quod rarò fit, carcere. Studio-
rui horas habent mares quidam ante-
m idianas, femellæ pomeridianas,
q s Matronæ non minus, quàm viri
eruditæ, docent. Neſcio autem, cur hic
ſe is nihilo naturâ indocilior, alibi à
lit atura excludatur. Reliquum tem-
pis mechanicis artibus, & muliebri
d teritati relinquitur, uti cuique ſua
o upatio pro ingenij inclinatione eſt
a gnata. Cùm omninò vacat, hone-
ſt ſima illis vel intra pomæria, vel in
c npo exercitia ſunt. Hic curſu vel lu-
c certare, vel pilâ ludere, vel armis et-
i a exerceri, aut perdomare equos, ſi
a is ferat, licet. Omnia probabis, ſi mo-
d m omnibus & inſpectionem ſedu-
l a adhiberi memineris.

55. De I. Auditorio Grammatico.

NUnc artium auditoria perluſtra-
bimus, atque trino ob ætatis di-
ſtinctionem ordine. Primum occurrit
Gram-

Grammatices, ubi ſi devotioni, preci-
bus, & hymno ſatisfactum, additæque
ad virtutem facientes ſacræ, ſapientes-
que aliæ ſententiæ, labor pueritiæ in e-
ſitus eſt, ut nominare res & actione
multiplices, tribus linguis Hebræâ
Græcâ, & Latinâ: poſtea ad genera re
vocatas, per comparationes, caſus &
tempora, debitis numeris & perſoni
mutare, denique jungere, & accidenti-
bus menſurare poſſint. Hîc curant, ut
quæ diſcunt, intelligant; quæ non in-
telligunt, in vernaculam ſuam linguam
convertant. Quæ enim temeritas eſt
puero latinè aliquid atq; prolixè præ-
cipere, cùm neſciat, quid velis, quidve
facere debeat, eodem labore & uſu
barbaro aliquo idiomate memoriam
fatigaturus? quæ inconſiderantia ex
vernaculâ Latinum quid petere, ante-
quam latinum puer quicquam ſciat?
Curant etiam, ne varietate lectionum
aut nimiâ copiâ tenuia & fragilia inge-
nia obruant: cùm certo certius ſit, im-
maturam aciem facilimè ita hebetari
poſſe, ut per omnem ætatem deliret.
Inepti

nepti illi, qui ex pueritiæ luxuriâ prægrandes ſpes concipiunt, easdemque uvant, cùm in obtuſum quid plerunq; leſinat. Illi conſolidata ingenia volunt, tq; ea liberali recreatione impetrant: ic memoria firmatur, judicium elicitur, ingenuitas fovetur, labor paulatim ro viribus aptatur.

56. *De Rhetorica.*

ADultioribus in eodem auditorio Rhetorica prælegitur, ubi diſcũt ermonum genera ad artis pręcepta reolvere, & elegantiæ floſculis exornae. Plurimum hic Naturæ debetur, minus arti: unde qui illam juvare poteſt, ptimè conſulit. Sine Naturâ ars jejuum quid eſt, & anxietatis plus, quàm enij habens. Unde plerunque boni hetorici mali Rhetores: quoniam in itâ ingenij copiâ volunt eſſe prolixi. Quod ſi ſermo mentis character eſt, facilè liquet, cur minùs interdum linguæ uat. Sunt tamen, qui imitatione cuiunt emergere, homines plurimùm

insipidi. nam dum se perdunt, nec alic
assequuntur, nihil æquè hiulcum, aspe
rum & luxatum dari potest. Hîc uter
dum est ingenio, & id excolendum
quod Deus peculiare concessit. Ne
enim eloquentiæ perfectior magiste
quàm qui linguam fecit. Cujus adm
rabile exemplar sacer Codex, non au
res hominum circumsonans, sed cor
psum penetrans. Nihil hîc opus est hy
perbolis, aut gentilium aliâ luxurie.
verè, si modestè, si cordatè dicas, sup
Ciceronem dixisti. Ut paucis re
complectar, quicquid spiritum spir
concutit: quicquid Mundum redol
elumbe est. Multum profecit, cui Di
stilus sapit. Nam quod inepti simpli-
tatem credunt, non nisi sapientia e
Ut primùm se Mundi oratores exp-
dierunt, jam evolavit inanis sonus, c
verborum concinna structura, animis
hiat. Cùm Divina veritas nos inclam,
cor calet, Spiritus agit, omnia comm-
ventur. Hæc dicenda sunt iis, qui nim
sibi placent, quoties sine Deo, imò cum
Dijs, ut ipsi ajunt, loquuntur, quibus
Ch-

Christus usque adeò ſordet, ut quodvis Idolum, quemvis Dæmona in ſermone, quàm Chriſtianiſmi ſacroſancta myſteria malint. Interim ſibi omnem elegantiam vindicant, ſatis linguaces certè, ſi Mundus poſcat; ſed quos ad Chriſti tribunal elingues fore, metuendum ſit.

57. *De variis linguis.*

QUI maturæ ætatis ſunt, hîc etiam variis linguis dant operam, nôn tampliùs ſapiant, ſed ut cum pluribus ex orbis terreni incolis, non tam vivis, quàm mortuis conferre poſſint, neque uni alteríve Græculo credere neceſſe habeant. Magna hujus rei eſt facilitas, quam aliqui neſcio queis mentis ambagibus intricant. Niſi enim illi uno anno linguam ſic ſatis ad uſum addiscant, nihil egiſſe credunt: hi niſi perflant decennium, avari ſibi videntur. Ajunt nomenclaturam rem probè omnem expedire, Grammaticam leviter addendam. Lectione faciliori exor-

diuntur, quã cum aliqua propinquiore jam notâ, conferunt. Vix credi potest quàm sit cognationis vocabulorum in linguis compendium. Reliqua memoria & creber usus addit. Dolui ego, cùm in mentem rediit, quibus jurgiis adactus olim sim, ut nescirem, quid agerem. Hìc velut per lusum didici, quæ ut invidiam vitem, referre non ausim. Hoc tamen non reticendum est, didicisse, ut reliquam etiam literaturam, it linguarum maximè studium minim facere, non ut abijciamus illa, sed ne supra usum efferamus. Non qui aliis atc aliis linguis loquitur, magis sapit: se qui cum Deo. Pietas & integritas si ad sit, parum interest, qua linguâ enuncie tur; si absint, nihilo meliùs est vel Græcè vel Latinè exorbitare. Nimis credu sunt, qui Latinæ linguæ id tribuunt, u supra Germanam sapere putent. Se parcendum est illi, tum quia variè be nefica, tum etiam quia mordax, & o mnis vel levissimæ contradictionis e impatiens. Quæ equidem habet, quo exprobret mihi, homini ad eius per tiar

tiam maximè indocili, culturam impatienti, elegantiam inamœno, ſive, quod obijcere ſolet, barbaro.

58. De 2. Aud. Dialectico.

Alterum Auditorium Dialecticum vocatur, à nobiliſſimâ arte nuncupatum, ubi pueri, qui aliquantum emerſerunt, diſcunt in illa rerum humanarum varietate methodi inſtrumenta adhibere, & in claſſes ſuas, quicquid obijcitur, referre; inde ratiocinationem formare, ut videant, quid verũ eſſe oporteat, quid poſſit, & ubi fucus opinionis lateat. Habet enim hîc veritas normam ſuam, ubi examinetur, ſed quam minùs politam nonnulli exturgidis, Divinitati ut temerariè, ita infideliter adhibuerunt. Et hæc illa Helena eſt, ob quam Græci tumultuantur, Trojani pereunt. Formoſa utique; ſed quæ nimis importunè ſe ſupra omnia effert. & æquè bene meritas ſorores conculcat. Ridere hic liberet eos, qui dum hoc Organon poſſident, nullâ ſe

re car.re arbitrantur, cùm omnibus in
digeant; sed cornua habent, feriunt
Nemo artifex gnomonem tantùm, au
libellam jactat, nisi operis aliquid su
extet. Hi cum hominem risibilem, au
Solem obscuratum, aut duos triangu
angulos demonstravêre, velut re ben
gestâ pæana canunt, & in posterum ac
quiescunt. At longè aliter illi, qui cùn
variis se artibus instruant, amant ord
natè & rationabiliter eas disponere, a
cùm opus est, ex suâ sede singula de
promere. Hoc Dialecticæ beneficium
agnoscunt, non res ei omnes, nedum
Deum subiiciunt. Hic ingenia exc
tant, ut, quid rationis iis sit concred
tum, agnoscant, atque judicium suum
de rebus tentent, ne extra se omn
quærere, & ratiocinationem inferr
habeant necesse: habet enim homo in
tra se ingentem dijudicationis thesau
rum, si eum effodere, quàm sepelir
præceptionum cùmulis & ponder
malit. Ea tamen rationum omnium ra
tio est, si Deum submissè audiamus, qu
tam abest ab omni falso, fucatoqu
quàn

ıàm veritati ſemper eſt conjunctiſſiıus; Amemus verum in vero: ratio-em non petamus ab eo, qui ſupra ra-onem eſt.

59. *De Metaphyſica.*

ALij in hoc loco Metaphyſicam audiunt, ſcientiam, quæ ab omni concretione abſtrahit, & ad prima ntia ſubvolat, condignam utique ho-ıine, cujus ingenium ad id natum, ut errenis ſe ſubtrahat. Hic verum, bo-um, pulchrum, unum, ordinem, & ſi-ıilia contemplantur, eò feliciùs, quòd)ivinam lucem habent ádditam. Ubi aligarunt philoſophi, licet Divinum olem conſulere, & ad Deum notum ſcendere, qui gentilibus erat incogni-us. Mirum autem ſit, cum homo men-e ſua eò evagetur, ut ſeparata à rebus ntia conſpiciat, tam turpiter ad corpus uum redire, & cum eo per inquina-nenta varia volutari: vel qui veram ɔoni, pulchriq; ideã ſpeculetur, falſo, malo & deformi tam facile capi, ſive

decipi. Sed apparet lubricum reperir quocunque homo extra se confert se se, & vacillantem deijcere. Itaque i uno vero, bonoque Deo firmissim consistet, qui exutâ carnalitate separa tum ei spiritum sistet. Hic audiet ine narrabilia, & universum mundum qualis est in centro intimo positus, in tuebitur cœlo non infecto, non colora to, sed planissimè crystallino. ita prima artium lineas, prima rerum puncta de prehendet, voluptate sua summâ, ad miratione aliorum non exiguâ. Hæ vera pulchritudo dum ignota multi est, nauseam iis hujus mundi parit, cor pus ipsum fœditate varia ingratum, & molestissimis terræ ponderibus relin quit. Itaque in hac schola Christiano politani frequentes sunt & seduli, u sese deserere posse, & à rebus terreni avocare discant, quò se iterum, ac re longè nobiliores cum fœnore recipiant.

60. D

60. *De Theosophia.*

HOc idem Auditorium superiori adhuc cõtemplationi servit. Hæc Theosophia est, nihil humanæ inventionis, indagationísve agnoscens, omnia Deo debens. Ubi natura desinit, hæc incipit, & à superno numine edocta, mysteria sua religiosè servat. Paucorum ea hominum est, nec cuivis etiam devoto ambienda, cùm Dei unius sit vel luce vel cruce benefacere. Momento se pandit Deus, diu adytis suis involvitur, semper optimus, rarò visibilis; Sunt tamen infinita ejus revelata, in quibus deliciari cujusvis verè Christiani est. Imprudentes nos qui Aristotelem nobis præferimus, homuncionem nobiscum, non Dei admiranda amplectimur, quæ illum pudefaciunt. Dei FIAT, Angelorum servitium, ignis auram, aquæ spissitudinem, aëris depressionem, terræ elevationem, hominis infinitatem bruti loquelam, solis remoram, orbis terminum non potuit ille credere an noluit, quæ nobis certa

ſunt. Si Deum audimus, longè majora his apud eum expedita ſunt. Quidni verò audiremus eum, cujus unica & minutiſſima actio omniũ fidem apud nos meretur, ac evincit. Si unum miraculum credimus, omnia oportet, quæ ille nobis exhibet. Quî enim inter omnipotentiæ opera diſcernamus? Itaque hæc ſchola humilitatis ac obſequii ſchola eſt, ubi diſcunt juveniles mentes ſuccumbere Verbis Dei, & in occultis ejus ſilentium potiùs devotum, quàm curioſitatem adhibere. Scrupuletur Philoſophia, Theoſophia acquieſcit; opponat illa, hæc gratias agit: hæſitet illa, hæc ſecura ad Chriſti pedes recumbit. Beatum hominem, qui ad primam vocantis Dei vocem aſſurgit! beatiorem, qui ſequitur! beatiſſimum, qui nunquam retroſpicit, ſemper pergit! Sed hoc in pij hominis votis & deſideriis tantum eſt, quibus ſi Deus annuat, bene eſt; ſin carnis fragilitate exercitum & comminutum velit, fiat Voluntas Domini.

61. De

61. De 3. Auditorio Arithmetico.

TErtium auditorium ab Arithmetica nomen habet, ſubtilitatis omnis Theſauraria. Qui Unum & Tria ſt, infinitas opes huic concredidit. Si ectes humanum uſum, nulla diſciplinarum pars eſt, ubi illa non primaium aliquod ſubſidium conferat: ſi ingenij auſus, in hac una prope cum infinitate homo luctatur, & penitiùs ſe in rcana progreſſionum inſinuat. Lubet licere, omnia neſcire, qui Arithmeticam neſciat. Unde Chriſtianopolitanis naxima aſſiduitate percolitur, qui in a quotidie inveniunt, quod admirenur, quod acuat, quod labores minuat. In Algebricis pares non habent, quòd a omnes hominis nervos provocet, ac ſeparato aliquo modo corporea tractet, & incredibili ſagacitate innodata omnia extricet. Recordantur autem, quanti niſus ſit Satanæ perplexitates reſolvere, cùm humanæ artes tantùm

implicare possint: quantæ calculationis, Mundi ænigmata, quantæ divinationis, carnis gryphos retexere, cũ inter artis præsupposita, & vestigia tantopere laboretur. Si omnino nihil sublimiùs sectentur, tamen non ferendos eos arbitrantur, qui se supputandi cõmoditate, & in rebus multiplici compendio insulsâ socordiâ privant. Qui si audirent esse inter terrenos tales, qui tum in eruditionem jactarent, nescio an ab injuria abstinerent. Sed non liquet illis, his licere artes plerasque nescire, nec minùs tamen togatos incedere. Quod si scire etiam decorum apud eos esse incipiat, & rebus gerendis admovendum, nec ardor ingenij multis, opinor, deerit, nec felicitas destituet. Inde in eos pro beneficis habebimus, non qui artibus faveant, sed qui non odio extremo persequantur.

62. *De Geometria.*

SUccedunt hic Geometriæ studiosi, Arithmetices germanæ, & quæ paralle-

allelôs lineis id exprimit, quod illa numeris. Inde ad humanos usus magis se accommodat, & profundissimas propositiones ac theoremata sua admirabili industriâ rebus applicat. Metitur enim non tantùm quæ in propinquo sunt, quàm supera & ima, nec regularia tantùm, sed & omnes figuras, penetrat eas, transmutat, librat, transfert, allevat, & in humanis laboribus elegantissimè luxuriatur. Si speculari lubet, nihil subtilius est; si praxin adhibere, nihil commodius & expeditius. Si quod ingenium ei concredas, agile reddit, & ad omnia versatile. Hinc Christianopolitani plurimum ei tribuunt, cùm videant nullam esse artem, quæ non reddatur ab ea facilior, homo ad tractandas eas habilior. Et tamen hæc apud insulsos neque vilescit ac Mathesis reliqua. Cujus pœnam eos hanc luere in propatulo est, ut inter labores suos duriùs exerceantur, vel sanè aliena compendia oculis intueantur oppletis. Quid autem mirum, Geometriam negligi, cùm ambitio, avaritia, gula, libido, ira homi-

num, ſed & ſtupor, ac temeritas menſuram non habeant, nec ferant? Unde illi dum varia dimetiuntur, primum omnium ſe metiri, ponderareque ſatagunt, inde Divinam clementiam æſtimare. Neq; enim tam juvat ſcire agellorum noſtrorum ſpatia, quàm corpuſculi exilitatem, ſepulcri anguſtiam terræ totius contemptilem pilam. Ita facilimè cerebri noſtri vaſtitas ſe contrahit, cordisque tumor ſubſidet, quod hominem reddit ſui negligentem, alieni patientem, Dei æſtimantem, mortis & futuri memorem, ut malimus ex nihilo fieri aliquid, quàm irato Deo ex hoc noſtro minuto redigi in nihilum.

63. *De Numeris myſticis.*

SEd etiam altiùs aſcendunt, quibus anni majores ſunt. Habet enim Deus numeros ſuos & menſuras: quæ contemplari hominem decet. Non certè ſupremus ille Architectus ingentem hanc machinam fortuitò fecit, ſed menſuris, numeris & proportionibus

pientissimè adimplevit, tempusque
didit admirando concentu distinctũ:
ximè verò in fabricis suis & typicis
ucturis nobis mysteria sua deposuit,
per Clavem Davidicam, longitudi-
m, latitudinem & profunditatem
ivinitatis recludamus, atq; Messiam
r omnia diffusum annotemus, o-
nia ineffabili harmoniâ connecten-
m, omnia potenter & sapienter mo-
ntem reperiamus, & in adorando
omine Jesu deliciemur. Hæc autem
te nulla comprehenduntur, sed Apo-
lypsi constant, & fidelibus inter se
mmunicantur. Unde Labyrinthos
grediuntur, quicunque ex humanâ
ilosophià, perticas aut circinos mu-
antur, ut Hierosolymam novam me-
ntur, ejusdemque fastos, sacrumque
omputum subducant, aut hostibus
lversum muniant. Sufficiat nobis,
hristum nobis omnibus ea omnia
xplanasse, quæ ad corrigendam, tole-
ndamque vitam faciunt, quæ illumi-
int non omnes invadamus, nisi Chri-
i jubar præeat, & ad interiora occlusa
vocet.

vocet. Elusit hæc confidentia maxim
aliquos viros, eo magis contra spen
quia non sine spiritu loqui sibi vid
bantur. Circumspectos oportet in h
Cabalâ esse, & conjecturarum tempe
rantes: cùm in præsentibus laboremu
in præteritis caligemus, futura ve
Deus uni sibi reservarit, paucissimis,
maximis intervallis communicand
Amamus autem patula Dei arcana, n
que cum vulgo abiiciamus, quicqui
supra nos est, aut res Divinas human
æquiparemus: cùm in omnibus sit bo
nus Deus; in suis verò etiam admira
bilis.

64. De 4. Auditorio Musico.

QUartum auditorium Musicu
dicitur, quod nisi post Arithm
ticam & Geometriam ingredi non l
cet: usque adeò à numero, & mensur
pendet. Hic homo iterum excellenti
suæ specimen edit, cum tres sonos infi
nitâ multiplicat varietate, & non lo
quelâ tantùm, sed & cantu animalibu

excel

xcellit, etiam volatilibus; Cœli nem-
: æmulus, ubi perpetua melodia eft.
unquam fatis fubduci poteft, quàm
animis rebus ad res maximas utatur
omo. Pauciffimis literis tot rerum
yriades eloquitur, pauciffimis tonis
finitos concentus edit. Non potuit
men Mundus abftinere, quin Cœli-
i Voluptate, Satanæ moleftiâ abuterc-
ur, & falacitati eam fubijceret: hinc
horearum infania, cantionum levitas,
horaulium impietas: quæ omnia in
ac Republica dudum exterminata,
unc inaudita funt. Illa Prophetica
Iufica placet, quæ præcinentem ha-
et fpiritum, confonantes fonoras ani-
mas, refonans Cœlum. Quicquid fan-
ti Dei ad numeros jubilarunt, ejula-
unt, applauferunt, fupplicarunt, ea hu-
us Muficæ materia eft, quam quoti-
iana fpiritus dictamina adaugent. Hîc
acra Poëfis manus porrigit, nō ea quæ
Venerem & Bacchum loquitur. Fit au-
tem vocum per ætates & fexus accura-
a diftributio, ut cùm in publico con-
veniunt, fuave melos omnium cōcen-
tu fe-

tu ſonare poſſint. Nihil cum huiu Muſicæ majeſtate cõferri poteſt. Nan ubi Spiritus S. favor, compoſitionis ar tificium, Verborum affectus, & reſo nantiæ vis concurrunt, non poteſt ab eſſe maxima gratia. Hoc etiam com modum addunt, ut Chriſtianæ religio nis capita, & vitæ probatæ exemplaria tum actionum Dei memoranda can tionibus includant, & hoc dulci vehi culo animis immittant: Prudentiore Mundanis, qui cum inter carnis tripu dia ſatis diu obſcæna vel inepta cantil lavêre, tandem inter mortis aculeos, & conſcientiæ calculos lugubre quid re boare coguntur.

65. *De Inſtrumentis Muſicis.*

IN theatro Mathematico Muſici etiam inſtrumentis ſuus locus eſt hîc tamen etiam magno numero, & varietate adhibentur. Nec enim quis quam facilè hujus dexteritatis imperi tus adeſt, licet tamen ſeligere ſibi, quod cuivis arridet, vel barbytum, vel vio lum

m, vel ſiſtrenam, vel quæ per aërem
nant, aut, omnium velut complexũ,
ganum, quod unum præ reliquis
ultis habent ſumptuoſiſſimum. Hic
anuum exactiſſimum obſequium
is præponere ſolent, ut in rempubli-
m promptitudinem, ſed maximè in
eum paratum, & verſatile totius cor-
oris officium inſtigent. Nam ut idem
it tum Creatori, tum proximo etiam,
iod Muſico manus, quæ ad internum
itum, vel externas notas, digitos mo-
et, elevat, vel deprimit, id creberrimè
ſtillant. Quod etiam iis dictum eſſe
oteſt; qui cùm undique artium præ-
ptis & requiſitis ſubiiciantur, æger-
mè Deum audiunt ad ſua inſtrumen-
eos componentem, & officij debiti,
iam vocant, Tabulaturam propo-
entem. Unde illæ variorum ordinum
ſſonantiæ & operum ceremonia-
imque ululatus, & tactus Divinæ le-
is neglectus, quod Deo nunquam
ratum murmur eſſe poteſt, ſemper
ioleſtum. Agant id potiùs, ut, quod
inta facilitate mundo offerunt duriſ-
ſimi

ſimi laboris obſequium, id Deo exh
beant nullo modo duro, aut incleme
ti, ſed qui inſtrumenta ſua quantumv
fragilia curare ſervareq; majorem ſ
licitudinem habet, quam Mundus r
buſtiſſima organa ſua perfringendi
abiiciendi oſtentat libidinem.

66. *De Choro.*

UT pietati publicæ, quicquid po
ſſunt, conferant, ſolemne
etiam Muſicam adhibent. Is Chor
eſt qui ſingulis ſeptimanis ſemel pr
ter feriatos dies per Urbem ducitur.
unt hic bini & bini, quotquot in ſch
la continentur, hinc mares, illinc f
mellæ, & decenti ordine urbis amb
latoria circumeunt, & tam vivâ voc
quàm variis inſtrumentis hymnũ D
canunt. Ætates ita temperatæ ſunt,
voces inter ſe debitè diſtribuant, & in
peritiores ab exercitatis juvẽtur. Cù
ibi eſſem, Pſal. 127. decantatus eſt, & C
vitatis cura Deo concredita. Nihil a
divi unquam vel ſonantiùs, vel conſ

nai

itiùs, cùm ſub fornicatis periſtyliis
to paſſu incederent. Interim magnū
ais ſilentium erat, omnibus devotio-
aventibus. Delectatus ſum & oculis
uribus, voviq́ue ut ſemper adeſſe
ſſim ſacræ pſalmodiæ. Faciunt id in
gelici Chori imitationem, de quo-
n jubilis Deus ipſe teſtatur. Cumq́;
um miniſterium, tutelam, monita,
nſtitutiones maximi faciant, ac quā
ximos ſibi habere contendant, hoc
am modo concinentes eos non ab-
dè ſperant. Quis non credat, puriſſi-
s genios delectari potiùs publicâ,
l ſpitituali lætitiâ, quàm urbis ad
ındi imperium tumultuantis ſtrepi-
? aut quis dubitet, plurima illos ſug-
rere animis ad Deum puro gaudio
vatis, quàm ſub vanitatis carnificinâ
ſtibus & depreſſis? Ajunt itaque, &
edidi, nunquam à choro redire, niſi
iritibus roboratis, & Divinâ quaſi au-
delibutis; nunquam habere Ange-
rum cuſtodiam magis præſentem &
tabilem, quàm corde in Deum ple-
i lætitiâ effuſo, laudari Deum, excitari
ani-

animam, soporari carnem, evitari mun-
dum, fugari Satanam. Quid Mundus
dum nugatur, dum stertit, dū roncho
ducit, dum oleum perdit, Cælestis spō-
sus introiit, & fores post se obfirmav

67. *De 5. Auditorio Astronomico..*

QUintum auditorium sibi Astro-
nomia vindicat, nō minùs quàm
ulla artium de genere humano ben
merita: dum incredibili diligentiâ Cœ-
lorum motiones, & lentas rotatione
astrorum itinera & passiones, syderum
situs, dispositiones & distinctiones, t
etiam visibilium stellarum numerum
& quantitatem, ac inter se proportio-
nes nobis annotat, jam prope in ipsum
cœlum intromittit, & in hoc nostr
territorio quasi tributarium reddit. D
gna certè, quam ob id terrarum Reg
colant, cùm Cœlo imperare videatu
Huic plurimum tribuunt Christiano-
politani, nec sibi metuunt, ne terra
motu excidant, aut à novis Astricol
deturbentur. Sufficit illis honor, quem

hriſtus terræ intulit, cùm eam inha-
taret, corpore cognatus: de reliquis
eus viderit. Nos tamen jam eos exa-
inemus, qui Cœlum non rationabi-
s intuentur, quàm quodvis pecus,
ibus Sol ex Occidente oriri poſſet,
i, niſi in Calendario, tempus nullum
bent. Si ſuperbiant, magna de digna-
fit, nihil velle ſcire, quod ſancti pa-
archæ ſummâ ſedulitate ſunt ſcruta-
ſi repant increpandi ſunt, qui os ho-
ini ſublime datum, ad terram recur-
nt. Omnis excuſatio turpitudinem
bet, quæ hominē humanitate exuit,
l, ſi liceat addere, divinitate. Certè ſi-
Deo prævio nullis talaribus ſuis ho-
o ad ſuperas illas ſedes aſcendit, &
egulariſſimas illas regularitates ob-
rvavit. Hinc nobiliſſima quæque in-
nia in eam inclinăt; ignobilia & hu-
mo nata ſatis habent, ſi glandibus
& ſiliquis veſcan-
tur.

68. De

68. *De Astrologia.*

IN hoc eodem Astrologia se offert multis nominibus ęstimanda. Nam quid Terra Cœlo debeat, quid Cœlum Terræ communicet, ij experiuntur, qui utrumque patiuntur. Ita connexuit sapientiss. Creator prægrande opus suum, ut undique sibi ipsi imperet, & pareat. Hinc astrorum regimen annotatum est, majore curiositatis humanæ admiratione, quàm securitate: fidem facit experientia, dubiũ ratio; inter utrumque terra se cœlo subjectam fatetur. Solis & Lunæ vires magis in evidenti sunt: de reliquis astris, qui artem excolunt, tantundem contendunt. Non potui deprehendere, quo magis inclinent Christianopolitani, cùm de ea re mecum disceptarent. Certè animum, ut è corporis carceribus clausum, nemini subiiciunt, nisi Deo, ac soli Deo. Lubricum sit, si è primo vel essendi, vel nascendi momento pendeat, si ab eodem vitæ mortisque judicium accipiat. Itaque in id potiùs incumbunt, quî astr

domi

ominentur, & per fidem jugum, si
uod est, excutiant. Unde cœlum no-
um, alia astra, motus alios agnoscunt,
bi primus motor Christus. Hujus be-
eficio omne malignũ, omne opposi-
m, debile, peregrinum frangunt. Ho-
scopus fortunatissimus est Adoptio
filios Dei, quorum pater precibus
nsultus vix aliquid reticet, implora-
s vix quicquam denegat, tantum ab-
t, ut astrorum discursibus exponat.
Cosmoxenus agnovit, & sub Dei
nbrâ nihil tempestates Cœli metuit.
qui magis sapiunt, sibi sapiant. Non
cusamus autem eorum stuporem,
ii cum omnia conculcare posse sibi
deantur, etiam cœlum ineptissimè
spuunt, homines Calendario nunc
rviles, nunc rebelles; hodie attoniti,
as irrisores; nunquam æqui, semper
rbari. Nam qui Astrologiæ usum in
bus humanis nescit, vel impudenter
enegat, eum ego velim invito Cœlo
terram fodere, colere, & la-
borare quàm diutis-
simè.

G

69. *De Cœlo Christianorum.*

MUltùm intereſt inter hominē & hominem; ſed inter Chriſtia num, & Mundanum plurimùm. Non tot rebus hic ſervit, quot ille impera Itaque non tam liber eſt à cœli injuria ſed etiam eidem reconciliatus. Und ab amico varia dona accipit, quoniar Deus jubet omnes creaturas eſſe Chr ſtiano beneficas. Quàm faveat Cœ lum, quàm pareat fidei, ſupra infideli fidem eſt: Quàm in Eccleſiam unic propè intentum ſit, nemo extra ear intelligit, aut capit. Sol, ſtellæ, iris, gr do, ros, ut pauciſſima memorē, quàr celebribus beneficiis homines fidel affecerunt? Comitatus eſt Cœli favo Eccleſiam peregrinantem ex orien in Occidentem, cicuravit homine quos prius tenebat barbaros: doc præſagiis, & prodigiis; increpat impi tatem; allevat piorum capita; & in ſpe reſtitutionis erigit. Quàm admirabi harmoniâ Mundi hiſtoriæ præſit,

Eccl

Ecclesiam aliis atque aliis vicissitudinibus juvet, dici vix potest. Id quia pauci curant, fit, ut pauciores capiant Ecclesiæ in his terris itinerarium, & cùm maximè Religionem extollant, putent huic seculo fortuitò florem obtigisse. Interim Antichristi, Mahumetis, & similium pseudoprophetarum periodos nec computant ipsi, nec in aliis ferunt. Vident tamen emergere alias nebulas, & inclamant: qui si tam temporum signa, quàm Cœli faciem dijudicarent, non audirent à Christo Hypocritæ. Christianopolitani spiritual. Cœlum supra omnia quærunt, & ambiunt, corporeum verò eò magis diligunt, quod sciunt semper fuisse, & futurum Christianis propitium. Quo felicissimo auspicio, & auspicato natali urbem suam condiderunt, nunquam Cœli iniquitatem, si Deum colat, experturam.

70. *De 6. Auditorio Physico.*

SExtum Auditorium à Physica appellationem habet, cujus jam ante

in Theatro ipsius memini. Hujus quàm sint studiosissimi, nihil est opus affirmare; cùm ipsa studij necessitas id exigat. Hoc enim utriusque mundi & generaliorem & specialiorem cognitionèm assequìmur, & creaturarum motus, qualitates, actiones, passionesque scrutamur; quæ materia rerũ, quæ forma, mensura, locus, tempus, quî Cœlum moveatur & appareat, elementa inter se misceantur, & progenerent quid viva animalia, quid prostent plantæ, quid juvent metalla, maximè verò quid anima intra nos, Divinitatis illa fomes, peragat: pulcherrima scilicet omnia, & quæ nescire hominem, post tot hominum fideles indagationes dedecet. Non enim in hunc mundum, sive Dei splendidissimum theatrum sumus missi, ut brutorum instar, tantùm terræ pastum absumamus: sed ut inter Dei admiranda spectatores, intèr donaria dispensatores, inter opera æstimatores obambulemus. Quis enim credat nisi cum summo hominis beneficio eam rerum varietatem, & elegantiam

tiam

iam, eam commoditatem & maturi-
item, ac omnino totius mundi usum-
uctum homini concessum? quæ o-
nnia si quis deberi sibi sine gratitudi-
e, sine curâ, imò sine intuitu fortè cre-
at, turpiter fallitur. Hæc hominis po-
ùs obligatio est, ut, quia creaturas o-
nnes habet tributarias, ipse omnium
oco Deo gratias agat, id est, tantun-
em obsequij Deo præstet, quantum à
reaturis experitur. Ita nunquam hunc
Mundum sine Dei laude, sine suo usu,
c moderatæ tractationis, accuratæque
ontemplationis admonitione intue-
itur. Beati, qui mundo utuntur, quo-
sque Deus liberaliter concessit: Mun-
us non iis utitur! nam qui libertatem
Christianam agnoscit, nunquam is se
reaturarum infami servitio subiicit.

71. *De Historia.*

PHysicam comitatur Historia, sive humanæ Tragœdiæ recitatio. Omnia verba hujus laudes non adæquāt: a tamen vix ullibi inter mortales in-

corrupta apparet: usque adeò profundæ sunt cordis humani latebræ, liberales nostri æstimationes, temerariæ aliorum dijudicationes, lubricæ humanorum errorum excusationes. Christianopolitani Veritatem mordicus tenent, maluntque eàm cum pudore, quàm mendacium cum laude. Itaque liberrimè omnia perscribi volunt, & ingenuè sua, etiam nævos fatentur, ut posteritas sine fuco temporis præteriti actus accipiat. Tristissimum autem est, intueri Satanæ pertot millenarios Tyrannidem, Peccati incrementa, hominum monstra, bellorum fœditatem, cladium horrores, vanitatis jactantiam, opum importunitatem, ordinum confusionem, iniquitatis mysterium. Quæ omnia in Mundo sese excipiunt, semper recurrunt, & universam periodum infestant. E contra quàm jucundum, contemplari DEI athletas, virtutum germina, ingenij fastigia, pacis opulentiam, quietis silentium, imperfectionis confessionem, acquiescentiæ saturitatem, donorum varietates, pietatis invi-

ctum.

tum robur! Sunt tamen eruditi, qui æc audeant neſcire, & inter fabulas umerare; digniſſimi, qui vulgi fabu- fiant. Interim liquidò apparet, quot- uot prætcritorum ſunt imperiti, ad ræſentia ineptos eſſe, ad futura impa- atos, cætera arrogantes & temerarios. Jam ut humana Hiſtoria hominem mollit, humiliat, & cautum reddit: ita ii & aliorum ignorantia feros retinet, latos, & in ſua, publicaque mala præ- ipites.

72. *De Eccleſiæ hiſtoria.*

QUoniam Eccleſiæ omnia in hoc orbe Chriſtianopolitani tribuũt, n ejus Hiſtoriâ magis, quàm ullâ aliâ ccupantur. Nam cùm ea ſit unica illa rca, quæ ſalvandos co tineat, malunt e eâ, quàm univerſis diluvij fluctibus ſſe ſoliciti. Memorant igitur, quâ im- nensâ Dei bonitate puſillus ille grex collectus, fœdere ſuſceptus, legibus formatus, verbo munitus ſit; quàm de- ilibus inſtrumentis propagatus, vali-

dissimis machinis impugnatus, ev
denti auxilio defensus sit; quanto sa
guine, quibus precibus salus ei const
terit, quo fremitu Satanæ Crucis vexi
lum triumpharit; quàm facilè zizan
emergat, quàm sæpe in angustum lu
ejus contrahatur, quot Eclipses, &
quàm sub Antichristo maximam &
densissimam passa sit, quomodo al
quoties rebus desperatis, ac hoc æv
nostro sub maximo Luthero emers
rit, quibus inquinamentis & macul
frequenter aspergatur, quàm cum ca
ne multum habeat negotij. Talia pe
multa alia, sed & periodicas mutatio
nes, & harmonicas vicissitudines ill
in numerato habent, & juventuti sedu
lò imprimunt, ut discat fidere Deo, dis
fidere carni, spernere Mundi minas
tolerare hujus seculi tenebras. Et hæ
sanè quàm optimè; quicquid alij suum
Historiæ Ecclesiasticæ neglectum non
dissimulent: nam quam parum ea in
Ecclesiastis etiam, exigatur, quàm, ub
adest, fiat præ uno alteróve syllogismo
minimi, non est hujus loci fusiùs dice-
re. Et

e. Et hoc Satanæ artificium eſt, qui um præteritas piorum luctas, & hæ- eſeon flagella nobis ex oculis aufert, uælibet Eccleſiæ nubila, pro ſerena c indubia luce relinquit, donec ſub liquâ morâ ſuperſtitioni aut impieta- aſſueſcamus. O ſi ad reformationis oſtræ ſeveritatem ſubinde retroſpice- etur, non tot imponerent ſimoniæ & ecuritatis ludibria; ſed ſeriò ea Religio uſtodiretur, quæ non Romanam tan- ùm doctrinam, ſed etiam mores ab- orreret! Interim Chriſtianopolitani ion tam magnæ, quàm ſuæ etiam in- ra pectus minutæ Eccleſiæ frequen- iſſimè recordantur, ut quid intra ſe et- am, pro ſpiritu contra carnem, pro œlo contra infernum actum ſit, quo- ies Divinam præſentiam ſenſerint notent, ut exinde ſe Dei electos & adamatos eſſe, tum credant, tum ſciant.

❧ ❧

73. *De 7. Auditorio Ethico.*

SEptimum Auditorium Ethicam Præsidem habet, virtutum humaniorum omnium, prudentiæ, justitiæ, temperantiæ, fortitudinis & annexarũ aliarum magistram, quam non tantùm præceptis & regulis sedulam, sed maximè reipsâ, & quotidianis speciminibus volunt conspicuam. Ridiculum est, monere alios, cujus dissensum vitâ exprimis. Qui non nisi Cœlum inclamant, nihil terreni redolent; qui justitiam inculcant, in neminẽ injurij sint; qui temperantiam suadent, non luxuriantur; qui fortitudinem jactitant, nũquam abiiciantur. Si sint, qui præeant, non deerunt, qui sequantur, cujus exẽpla frequentissima sunt. Hìc operæ pretium faciunt: quia Fortunã omnem ex bonorum societate explodunt. Fictitiam eam dicunt, & opinione nostrâ constantem; nam quæ bona maláve nobis fingamus, ea appetere vel fugere: cumque in potestate nostrâ esse pos-

posset, ut semper benè & satis sit, nostrâ persuasione facere, ut malè habere & indigere sit necesse; Semper carituros, si appetamus, quibus imperare non possimus; semper abundaturos, si ea tantum possideamus, quæ nemo nobis eripere possit. Est ita omnino: unde infelicitatis nulla alia, nisi nostra culpa est, qui, dum singuli volumus, quod conjunctis debebatur, atque sic aliena invadimus, semper habemus, cum quo concertemus, semper est, qui nos vincat, & supprimat, vel si nemo alius torqueat, nobis certè nunquam satisfacimus. Id cum probè intelligerent optimæ urbis cives, noluerunt summum bonum, nisi intra pectus suum sibi residere: quod quia imaginarium nolunt, Christum esse credũt, & agnoscunt, cujus amore inter se perfectâ amicitiâ junguntur, perfectâ veritate formantur, perfectâ civilitate potiuntur, perfectâ liberalitate perfunduntur, perfectâ, ut omnia dicam, humanitate nobilitantur. Quod ut imitari nobis libeat, aut per eos, qui mundum inqui-

natissimis moribus & vanissimis consuetudinibus replent, liceat, Deum vitæ moratæ & compositæ autorem, conservatorem & remuneratorem toto animo precor.

74. De Politica.

HAc subtilior est Politica, quæ regendis hominibus, & conservandæ multitudini ingenium planè architectonicum confert. Jam ante dixi, Aristocratiam prætulisse reliquis formis, quòd Christianæ societati propius conveniat. In ea tria hominis bona, æqualitatem, pacis studium, & opū contemptum stabilivere: cùm eorum contrariis Mundus maximè affligatur. Elevavere etiam ingenij culturam, & publicavere, ut quivis seipsum faciliùs noscat. Hæc illis Maxima st, Christianos ut religione, ita moribus ab universo mundo debere esse diversos; itáque non licere, quæ aliis liceant; non ferendum, quod alij ferant: Evangeliū aliam velle politiam, quàm quæ Mundi, &

li, & Religionis Christianæ esse eâ de e arbitrium. Hinc exprobrant Munlo, quod permittat Magnatibus fastum, acrificis dissolutionem, præfectis peulatum, civibus luxuriem, omnibus xorbitantiam, uno hoc prætextu, quia omines sint. Ajunt enim conatus seios deesse, & Reipublicæ rectam contitutionem: cùm homo non sit planè nimal intractabile; postea etiam maorum palæstras aperiri, ut abstinere am posse mirum sit. Plurima etiam, quæ mala & noxia, pro bonis & laudabilibus haberi, eorumque vituperium non admitti; optimas leges ad speciem prostare; quas si quis urgeat, esse ridiculum. Non videri ad Christi exemplar formatam Politiam, ubi Deus, quàm homines; anima quàm corpus; corpus, quàm opes, minoris fiant, ubi divitiarum vitia non crimini, paupertatis virtutes laudi non sint, ubi corruptor pretium, corruptus necem habeat; ubi quovis pretio anima hominis vendatur. Non potui ego, quicquid conatus sim, ad omnia respondere.

Itaque ad hujus ævi Politicos provocavi, qui, nisi scirent, quod rebus mortalium maximè conduceret, non tot voluminibus nobis Mundum effigiarent. Putavi tamen, non iniquè multa contra seculi mores, quæ non majore difficultate corrigi possent, quàm mūdus sua obtinet. Videmus enim res nostras ab injuria sic satis defendi posse, res Divinas, & sacrosanctum nomen eius ut aliquâ reverentiâ tueamur, cùm superstitiosè alij, alij fanaticè observasse dicantur, uni suâ jactantiâ Christiani inter impossibilia numerare non erubescunt.

75. *De paupertie Christiana.*

NOn sufficit Christianis aliquibus ad Ethices & Politices præcepta bonos esse, sed Christum ipsum, sublimiorem magistrum, adsciscunt. Is quia virtutum summarum perfectissimum exemplar est, meritò habeat, qui imitentur. Sunt autem eæ humanis præeminentiis retrogradæ, & sub unius

:rucis hieroglyphico complexę; quod
ui propiùs homini accommodarunt,
:cram pauperiem appellarunt, qua et-
.m licitis hujus mundi renunciamus,
t Christũ unum possideamus. Quot-
uot hanc sectam ingrediuntur, omnia
:discunt, omnia relinquunt, omnia
atiuntur. Placet præ prudentiâ sim-
licitas, præ sciĕntiâ ignorantia, præ
loquentiâ silentium, præ dignitate
umilitas, præ sagacitate credulitas,
ræ satietate jejunium, præ lectione
:quela, præ actione passio, & quæcun-
ue hujus terræ infima sunt, si inno-
:ntia adsit, si i deposcunt. Non Mi-
oritas hic aliquos Romanos crede,
iaximorum hujus terræ astutissimos
ıcupes, sed nec sui cerebri, & occulti
ıltus sanctulos. Lætum genus homi-
um est, ac quod affectant, in hac terra
xpeditum, quicquid habent dono-
ım Dei, in commune tribuunt, veluti
ihil sibi reservantes. Non irritantur
ıjuriâ, non attolluntur famâ, non de-
:ctantur copiâ, nõ deprimuntur penu-
iâ, non admirantur subtilia, non dedi-
gnan-

gnantur abiectiſſima, non torquentu ſeculi minis, non capiuntur præſen tium famâ, non turbantur ſtrepitu, nor acuuntur ſeparatione, non affliguntu vitâ, non terrefiunt morte. Pauciſſim hi ſunt, nec alij facilè, quàm qui jam per omnia penetrarunt, quibus jam rerum, ſcientiarumque humanarum pelluciditas apparuit, quibus poſt terræ errores cœli certitudo in votis eſt unicè. Nemo libentiùs deſipit, niſi qui prudentiæ lubricitatem; vel tutiùs neſcit, quàm qui ſcientiarum labyrinthos; vel faciliùs caret, quàm qui poſſeſſionum onera; vel paratiùs ſervit, quàm qui pericula imperandi eſt expertus. Unde qui tales ridere, aut reprehendere ſolent, hoc ipſo teſtantur, quàm rerum humanarum nullum habeant guſtum, ſed in eo luto etiamnum volutentur, è quo illi propitio Deo emerſerunt.

76. De 8. Auditorio Theologico.

SUpereſt octavum Auditoriũ, quod Theologiæ ſacrum eſt, omnium, ıæ homines poſſident, Reginæ, & ıiloſophiæ Dominæ. Hæc primùm nnium docet Spiritus Sancti in ſacris :eris ſtilum, nervos, elegantiam, efficiam, profunditatem, ut ſciant juve:s, quid ſibi hac vel illâ phraſi, hoc aut .o verborum involucro ſapientia ve:; diſcant admirari hoc dicendi genus, ıpra omnem hujus terræ eloquenam. Deinde ad devotam imitationem ujus divini ſermonis adducuntur, ut ım ſacrarum ſententiarum ingentem ıeſaurũ jam à puero ſibi collegerint, ;iant etiam rebus mortalium adapta:, diſcantque ad alios eodem ſpiritu, sdem verbis loqui, quibus Chriſti Aoſtoli Evangelium populis prædicaınt. Tertiò invicti hujus Verbi arguıentis, & ſoliditate eos armant, ut ſive ım hæreſibus cõgrediantur, ſive ipſe

ſophi-

ſophiſmatum pater Satan impugnet veritatis ſinceritatem ab ipſa veritate mutuatam, ſciant tueri, diſcantq; omni loco & tempore limpidiſſimos Iſraëlis fontes, à terreni luti vel ratiocinationis humanæ infectione præſervare. Et hanc vocant Scholaſticam Theologiam, quæ Sacræ ſcripturæ verba intelligere, imitari & opponere doceat, in qua ita exercent ſuos, ut admoneant, nihil his rebus adhuc in Chriſtiano negotio plenè effectum, omnia ad pium apparatum facere; factionum inſuper nomina, ut quæ maximè vitant, nec niſi invitiſſimi ea imponunt, &, ut Lutherani audire ament, Chriſtiani tamen eſſe contendunt. Unde collegi non cum iis ſentire, qui quamvis translationem ſecurè admittunt, eidemque ſecurè indormiunt, parum ſoliciti, idne facere Spiritus, an aliquid aliud dixerit: deinde non omnem Theologiam concionandi peritiæ tribuere, cùm fieri poſſit, ut homo tam impius, quàm indoctus ad populum verba ſacra, ſed mutuata ebuccinet: ſed nec eos admirari, qui-
bus

Theologia omnis in machæras, dios & arcus convertitur, quique um Dei nisi disputatorium & contiosum nullum admittunt: tandem: non omnem innoxiæ opinionis ensum, in sectas & odium dividerùm ita suos informare discipulos, quoties opus, versiones judicare, ulum alloqui, veritatem defendechismataque vitare possint, fortasse teriùs, certè temperatiùs, de cætein vitæ Christianæ compositione upari malint, quòd Christus pios, m scientes; obsequentes, quàm ditantes malit, atque ipsæ ingenij arad mortis ultimas oppositiones mi-, quàm conscientiæ robur sanguine risti lustratum, faciant.

77. *De praxi Theologica.*

HInc ad practicam Theologiam magnâ devotione accinguntur: orare, meditari & tentari docet. Hæc sapientia est, quæ S. Scripturam noimprimit, & in nos transfert, ut refera-

feramus Dei myſteria. Hîc Divini Ve
bi non aſſenſus tantùm, ſed conſenſ
& conſpiratio exigitur. Nam ut Chi
ſtus rerum arcanarum omnium impl
tio eſt: ita nova regeneratio in nob
aliam pueritiam, aliam juvenilem et
& virilem ætatem inchoat, ac urge
quæ non Adamo, ſed Chriſto, vitæ n
ſtro libro conformis ſit. Non capiu
hoc, qui ad artium regulas Theolog
inſtituunt. Nam opus eſt corrodén
& acerbo liquore internè infuſo, q
has ingenioſas ſtructuras deſtruat,
comminuat. Niſi nos deſinamus, nc
incipit Chriſtus: niſi ſileamus, non l
quitur Deus: niſi quieſcamus, non ag
ſpiritus. Hoc illud Sabbathum eſt, c
quod omnes omnium ætatum pij M
do ſunt facti ridiculi. Hæc illa ſanct
rum Chriſti inſania eſt, ut non in Cru
cifixum tantùm credant, ſed crucifi
ipſi velint: hæc Paulini Evangelij ſtu
titia eſt, de nullâ aliâ re, niſi imbecill
tate ſuâ, gloriari. Hîc tamen à Satan
ingés periculum eſſe ſolet, qui ut ſem
per malus, ita hîc nequiſſimus eſt, du

hom

minem mirificis faſcinis ita ſibi au-
t, ut non magis Dei ſit: Hinc mul-
urores, ſomnia, deliria, & alia men-
non evocatæ, ſed ſponte evolantis
libria. Unde graviter monere &
s, & alios Chriſtianopolitani ſo-
t, nihil inconſulto Deo vel poſcant
i vel tentent, quod ſit ſupra Chriſtia-
m ſimplicitatem. Nam cum Paulo
i in tertium Cœlum non poſſumus:
ſſumus autem cum eo Chriſto con-
mari. Si Evangelio pareamus, ſi A-
ſtolis: ſatis id erit ad ſolidam Theo-
giam, neque revelationum erimus
igi, aut Angeli aliter concionantis.
q, ut craſſos illos & corporeos Chri-
nos Theologia ſolida non admittit:
nec ſubtiliſſimos illos, & in me-
Spiritus extenuatos agnoſcit. O-
ma moderatio Crucis, quæ ad Chri-
bilancem omnibus filiis Dei conve-
iens pondus imponit ſingulos ita
exercet, ut habeant, cur
Dei auxilium im-
plorent.

78. De

78. De Prophetiis.

SI quid tamen homini ulteriùs Pa
clementiſſimus indulgeat, non
merè reijciunt, ſed ſpiritus proba
Unde illis Prophetica Schóla, non c
tè ob id, ut vaticinandi virtutem, q
multos fefellit, profiteantur, ſed
ſpiritus Prophetici harmoniam &
ritatem contemplentur: quod quia
ne Divinâ ſuggeſtione fieri non pot
conferunt eâ de re in timore Domi
ſi quid lucis amplius alicui contigi
creditur. Nam qui typos Scripturæ
dique & ſecundùm partes aptare,
Vaticinia ex ſuis adytis eruere,
Moyſis ceremonias cum Chriſto c
ferre, qui Apoſtolorum & Chriſti
iam argumenta ex Veteri Teſtame
producta capere, aut ſimilia his adfe
poſſit, inter tot commentatores ra
illis fidem omnino fecit; ſcrupulu
verò multi, ne quid unus altérve te
rariè pronuntiarit. Fatentur itaque
Spiritus S. oracula, quantum quide

futurorum præcognitionem, vel
æteritorum applicationem pertinet,
ndum capere, nec minùs tamen in
ivinis revelatis, quibus ſalus æterna
nſiſtat, acquieſcere. Precari autem
eum, ut indulgentiſſimo dictamine
tefacere nonnihil ſuis velit, quid
ofundæ ſapientiæ in Verbi ſui abyſ-
lateat, & Filium ſuum per univerſam
ram paginam oſtendere. Quo pio
to, quid impetrent, mihi non ape-
erunt. Atque ita rudi ſtilo percurri,
icquid in Auditoriis Chriſtianis mi-
eſt commonſtratum. Quod utinam
nil de meâ balbutie, forſan & obli-
one haberet! ſperarem utique ſi non
ania, imò ſi pauca etiam, aliqua ta-
en pio & Chriſtiano lectori placitu-
, vel ſanè datura animum, ut Chri-
anopolim quiſpiam adiens, certio-
& exactiora his experiatur: quæ ſi
dem candore, eademque mecum li-
rtate communicaverit, illorum cer-
quorum id commodo fiet; ſed meam
am, quod juverit, & emendarit, gra-
udinem maximam promerebitur.

79. De

79. *De Medicina.*

SUpersunt quatuor hujus contign
tionis conclavia, quæ etiam intu
decuit, duo Medicinæ, duo Jurispr
dentiæ assignata. De prioribus pri
dicam, quicquid omnino Jurisprude
tiæ debeatur. Medicinæ subtilitatem
methodum, rationabilitatem nemo f
cilè explicabit: fatendum est, Dei in
gne donum esse, humanæ solertiæ
observationi concessum, de qua nil
propterea addimus, quòd in Physic
Chymicis, Anatomicis, & Pharmace
ticis, quibus maximè constat, plu
mùm laudata sit. Hîc tamen suam sep
ratam sedem habet, ubi de Morbis c
gnoscat, & remedia concipiat: ubi
iam, si quid extra Auditoria occurr
doceat. Certè optimus quisque ita co
pori suo prospicit, ut sufficiens pot
humaniis officiis inhabitet, quàm la
guens & animæ grave trahat. Un
temperantiam & exercitium suis ci
bus frequentissimè præscribunt hi M
di

ici, tanquam ſaluberrima ſanitatis
onſervantia. Ex alterâ parte Chirurgi-
a habitat, quæ non conſilio tantùm,
d manu corpus humanum curat. Us-
ue adeò miſeri ſumus, ut ungendi,
alpendi, urendi, ſecandi, vulnerandi,
vacuandi ſimus, neque corporis parti-
ıla à numeroſis periculis ſatis ſecura
t! Unde variâ induſtriâ, variis etiam
ıſtrumentis opus eſt, ut his incom-
ıodis occurramus, hosque defectus
ſarciamus. Præſtat autem, inter has
ɔrporis humani afflictiones noſtræ
nperfectionis, vel potiùs ſupplicij
ıemores eſſe, & hinc faciliùs vanitatis
iſtas ponere: inde ad eum recurrere
ſedicum, cui non tantùm ægrota ſa-
ıre, ablataque reſtituere; ſed mortuos
iam excitare, & in minutiſſimum
ılverem diſperſos recolligere, perfa-
le eſt. Medicinam autem honorabi-
us, non quòd longævitatem ſupra
menſum ea impetret, aut morti ſe
ɔponat; ſed quia ut creaturis, ita crea-
rarum adhibitione Optimus Crea-
r nobis benefieri voluit.

H

80. *De Jurisprudentia.*

Cum bonâ Jureconsultorum ve-
niâ dicam, nullum esse eorum a-
pud hos Christianopolitanos nostro
usum. Nam cùm suis Legibus vivan
nec supra annuum tributum, ad quo
vis aliud jus adigantur, nolunt in ali
nis Rescriptis, Codice, Pandectis, dig
stísve, in Canone, vel Clemente, v
Extravagante esse occupati. Nihil h
non semet explicat, nihil æquitate ev
dentius, nihil litigat cum altero. Un
Processus & procedentes cadunt. Fac
le est, rixam aut altercatiunculam dir
mere, sopire, increpare, nihil Corpo
Juris indigum est. Hinc sese mult
excipulas, & decipulas evitasse arbitr
tur, ac maximè cum inquietudine co
poris animæ pericula. Si bonorum j
cturam æstimarent, adhuc minùs fe
rent. Fieri enim non potest, quin sen
per quippiam pactile illud jus abduca
abstrahat, abradat, abjuret, exprima
extundat, exculpet; extorqueat, exc
tiat, excudat, subducat, suffuretur, su
pile

ılet, involet, auferat, & intervertat, si
quis potiùs lit s, quàm tranquillitatem
xperiri mavult. Quod tamen parti-
us, quàm bonis Jurisperitis, potiùs
ibuendum est. Unde hîc etiam con-
lave suum habent, honorificum po-
ùs, quàm necessarium. Ne tamen o-
entur, Politicæ serviunt, & Romana
ıra variâ æquitate & honestate pl nis-
ma ei explicant. Idem ferè de Nota-
atus conclavi deprehendi, adesse hîc,
t locum suppleat, de cætero in hac Re-
ublicâ nihil magni momenti præsta-
:. Si quid tamen describendum est,
ujus hominibus committitur, & lite-
ırum picturæ, elegantissimæ inven-
onis compendio, hic honos datus, ut
omen etiam suum inter artium offi-
nas obtineat. Ajunt quoque figuris
terarum aliquid inesse, ac numeris, ex
rie, vel valore emergentibus. Sed id
on asseverant Christianopolitani:
udent autem corda sua Deo exhibe-
, ut is digitis suis inscribat, quæ ad hu-
s, illiusque vitæ securitatem faciant.
æc illis sacra incantatio, hæc divina-

tio, hæc mysticæ literaturæ ſumma, e
optatior illis, quia certior.

81. De juventutis receptaculis.

QUæ duæ ſuperſunt contignati-
nes in hypocauſta & cubilia c-
ſtributæ ſunt eâ diſtinctione, ut duo
tera maſculo, altera femineo ſexui i-
ſerviant. Cùm enim hunc etiam li-
ratum velint, hoc maximè curant, i,
qui juventuti ſunt præfecti, eas uxo s
habeant, quæ itidem virgines & pu-
las docere poſſint. Conclavium ſer s
ex ſchemate eluceſcit; hoc unum a-
dendũ, ita impuberes puberibus jun i,
ita adultos à maritatis obſervari, ita -
dulam ubique eſſe inſpectionem, t,
quoad uſque fieri poteſt, juventu s
corruptela evitetur. Quod quia rar s
ſub hac educatione contingere pot t,
ut quæ longa annorum ſerie innoc -
tiam continuavit, ſupra omnem f l i-
tatem æſtimandum eſt, præſertim ſi e-
putemus, quæ alicubi in ſcholis, & u-
blicis collegijs juventutis perver o,
corruptio, & offenſio ſit, dum quis e
el

'el domesticam, vel rusticam, vel pa-ernam etiam, & innatam malitiam at-que nequitiam secum adfert, & cum odalibus communicat, tantâ veneni ontagione, ut ne ab iis quidem, qui Deo toti sacrati esse debebant, absti-ieat, sed variâ impietate, salacitate bar-arieque serpat, imò usque adeò totos nterdum occupet, ut totâ vitâ, ac inter ionoratissima officia desinere nun-quam possint, lamentabili utique in ontium pernicie, cùm unius lues in nultos diffunditur, & conferentibus ingulis, unus adimpletur. Ut jam à Sa-ana fere nusquam magis metuere ha-eant parentes necesse, quàm ubi ad Deum liberos suos planissimè educari bi persuadent: unde precibus illis atq; rdentissimis opus est, quibus suos di-ectos Divinæ custodiæ sedulò com-nendent, cujus unius est, per Angelo-um custodiam, impura illa & pestifera abia avertere, obturare aures, cor ad udoris amorem, impuritatisque ob-irmare abhorrentiam.

82. De Templo.

TAndem etiam Templum, quo
in meditullio habent, recluſum
mihi eſt, regiæ magnificentiæ opus, &
in quo ſumptus cum ingenio certarũ
Quod ſanè non improbandum, cùm
nemo in hac Republicâ egeat. Figur
rotunda eſt, cujus ambitus 316. altitu
do 70. p. Qua medietate concio eſ
ſubſellia è terra exciſa, & excavat
ſunt, ut minùs ſtructura aſcendat, & o
mnium aures perorantis à voce undiq
æqualiter diſtent. Altera medietas Sa
cramentis diſtribuendis, & Muſicæ at
tributa eſt. Habent etiam ibi Senatore
ſuum ſeparatum cum Principibus lo
cum haud procul à cathedra: uti i
ſchemate expreſſimus. Sed & ſacræ A
ctiones Comicæ, quibus plurimum
tribuunt, & tertio quoque menſe oble
ctantur, hîc in templo exhibentur, u
eò tenaciùs juventutis animis rerum
Divinarum hiſtoria adhæreat, ipſaqu
ingenia rebus tractandis habiliora, &

ag

giliora reddantur: cujus rei quàm ſint rtifices, mirari ſatis non potui, cùm Naogeorgi Jeremiam populo repræentatam, coram eſſem intuitus. Mu-us Templi ſive circumferentia tota eneſtrata eſt, ut lumen undique ad-nittat: qui reliqui ſunt parietes, ſacris icturis, ſive hiſtoriæ Biblicæ repræentatione eleganter nitent. Simula-rum vidi nullum, niſi Chriſti crucifi-i ad commovendum vel duriſſimum nimum, affabrè factum. Reliquum rnatum non facilè expreſſero, niſi id x profeſſo actum velim: certè admira-i artem, & pulchritudinem ſatis non otui, præſertum cùm eorum fuerim ecordatus, qui ſub Religionis præ-extu Eccleſias ſpoliant, & affectatâ emplorum deſolatione, non tamen lomeſtici luxus obliviſcuntur. Con-cientioſi nimirum Evangelici, quibus iaculum eſt antiquæ ſimplicitatis do-naria alibi, quàm in ædibus ſuis popu-um offendere! religioſi Reformato-es, qui ut vacuarent ſacraria, ſuas pro-rias domos inutili & pomposo appa-

ratui commodarunt! Si qui etiam v
tant Dei tabernacula ornare, aut in h
rem tam ſunt tenaces, quàm alibi pr
digi, hîc haberent, quod diſcerent. M
verò, non quid mihi videatur, docer
ſed quid viderim, recitare decet.

83. De Vocatione.

QUotquot Eccleſiæ dedicati ſun
nihil prius habent aut ſublimi
Vocatione. Hæc illis fiducia eſt, h
ſcutum, hæc corona. Vovent parent
& precibus ſeriò optant, non merca
tur, aut per conſuetudinem impetran
ut Deo quondam interpretes vel mi
ſtros progignant, quod ſciunt hum
næ dignitatis eſſe faſtigium. Cùm it
que Dei donaria apparent, & S. ſpirit
quaſi familiaritas; cùm vita cælicis m
ditationibus velut infecta, cùm vot
rum etiam in unum aliquem arca
conſpiratio, Vocationis cæleſte ſimu
& Chriſtianum nũcium advenit, qu
interno cordis mortui correſpondet,
in officij ſpiritualis confidentiam
ſcipi

cipit. Cui cùm publicæ & solennes
preces, ac manuuum impositio accesse-
rit, ajunt supernam gratiam evidenter
apparere, & hominem jam antè bo-
num in meliorem vertere. Hinc voca-
tionem apud populum æstimari & ef-
ficacem deprehendi, apud Ecclesiasten
cælestis favoris signaculum esse, quòd
cum Deo fædus sacrum inierit, ut ab
eo juvaretur, & edoceretur, ipse nihil,
quod verum, quódve sanum, reticeret,
nihil humanum adderet, & gregi Dei
Vitam, sanguinemque, si opus foret,
impenderet: simul etiam terrenis im-
munitatibus renunciaret, & reipsâ spi-
ritus boni dictamina exprimeret. Bea-
tam, ô beatam Ecclesiam, cujus Mini-
stri non ob victus securitatem eò desti-
nantur, ob ingenium obtusum, eò con-
demnantur, ob literularum usum eò
admittuntur, ob parentum largitiones
eò intruduntur, ob sanguinis pretium
eò elevantur, ob curiositatis consen-
sum, eò promoventur, ut, quid in ani-
mas, vel contra eas possint, experia-
mur! Beatam, ô beatam Ecclesiam,

quorum Ministri honorem Dei Verbo; opes incrementis Ecclesiæ; eruditionem fugæ Dæmonis; voluptatem carnis depressione; famam pauperum testimonio; finem fidei sertulo terminant! Beatam, ô beatam Ecclesiam, ubi Deus vocat; homo paret; Angelus adjuvat, magistratus consentit; populus audit; juventus succrescit! Atheu illis, qui majorum suorum solicitudinem & fortitudinem, quà à Deo vocati, animabus suis metuentes, Antichristi imposturis colla subduxerunt, in facilitatem quandam & negligentiam vocationis deformaverunt!

84. De Concionibus.

De Concionibus, quæ in Templo fiant, suprà diximus. Eas Presbyter & Diaconus habent. Et ille quidem S. scripturam, hic Religionis capita explicat: his subordinati sunt alij, qui etiam post morté succedunt: non enim hîc licet cadaveribus inhiare. A precibus, ut & sacrâ psalmodiâ fit initium &

finis

finis. Nihil hîc vidi à nostrâ, quam Augustanam vocant, Confessione alienum: nec enim Religionem nostram, sed mores improbant. Cùm precantur, aut Dei Verbum audiunt, in genua provolvuntur, & manus elevant, sed etiam pectora tundunt, ut animã exuscitent. Nugari in templo, aut soporari, piaculum est. Cùm lectiones è sacris & devotis Doctoribus quotidianæ sint, nõ minùs tamen frequẽtes adsunt. Nã quæ pietati impendatur, optimã occupationẽ judicant. Hæc si dimidium vitæ sibi petat, adhuc ęquo minus esse arbitrantur. Admiratus sum hominum motus, cùm interdum spiritu exultare, persæpe in lacrimas resolvi animadverterem: nec enim vel Christi beneficia, vel hominum delicta frigidè recitant. Christi vita per universum annum ita distributa est, ut singuli admirandi actus suam memoriam habeant, quibus temporibus etiam jejunia suã, nec affectata, nec imaginativa, accommodant. In ceremoniis nihil habent Tragici aut Theatrici: volunt enim ho-

mines facere non attonitos, sed meliores. Habitus ut omnibus honestus, ita Religiosorum nihil habet insoliti. Color candidus Religionis, rubeus Politiæ, cæruleus eruditionis, viridis alimentationis proprius est; nec tamen sic Christianos distinguit, ut putem majores esse colore, quàm virtutibus aut vitiis differre, aut ceremonias indifferentes tanti, ut omnes scrupuli, omnis inspectio, omnes sacræ decisiones iis absumantur. Ann quia hominum vitia validiora sunt, quàm ut iis nos opponamus, hoc agimus ut festucas secemus, aut muscas percolamus ne agamus nihil? Illi quia virtutes plãtant, vitia eradicant, de discriminandis pulvillis, & addendis bacillis per otium conferunt.

85. *De sacra psalmodia.*

MUsica etiam non minima apud illos cultus Divini portio est, quicquid scrupuletur infernalis melancholia. Laudant Deum tum linguis

maxi

naximè, tum tubæ etiam clangore, nablis & cytharis, tympanis & choris, fidibus & modulis, cymbalis & organis ariis. Sic visum est sanctis vatibus, nec issuasit Christus, ne dum prohibuit: c Satanæ illuditur, qui in suis nunquã etatur, nisi cum Dei injuriâ. Cantioes sacras magno numero habẽt, quas uno ore decantare possint, libellos inguli adferunt, quibus memoriam ivent. In iis admirantur B. Lutheri piritum, alios non dedignantur. Iuundum est audire, universum populum quatuor aut pluribus vocibus cõonare, nec in mensuram compositionis peccare. Id assuefactio secum fert, lum ad preces quotidie conveniunt. Quicquid numeris constat, Divinum juid habet, & in animos hominum peetrans. Unde Davidicam Poësin optinus quisque miratur & maximi facit, ic hodiernæ etiam, si casta sive Christiana sit, favet. Quisquis eam contaminat, abusus ingenij reus est: quisquis ad fontes deducit, laureatus illis habetur. nemo credat nullam extra

idola elegantiam esse, nemo barb riem in sacris literis accuset. Satan hoc ludibrium est, qui ita nobis aur corrũpit, ut Citharœdus minùs, quà utricularius sonet. Et quid languer nobis facit sacrum carmen, petulans s lire, quàm boni intra nos languor, ma titillatio? è contra quid nostras cogit tiones mitigat, aut inquietat, nisi sacr rum carminum spiritus, prophanoru impudentia? Quicquid genij haber humana, sub cruce sordescunt, qui quid simplicitatis sacra, suprà quà credi potest, animum vel neglect quondam vocabulis aut syllabis r ciunt. Gratias agamus Deo, qui silent bus vel precantibus, ejulantibus v canentibus semper præstò esse vul semper misericordiæ auribus patere.

86. *De Sacramentis.*

SAcramenta ad Christi institutum & Ecclesiæ primævæ ritum adm nistrantur, frequenter ob ineffabile usum; reverenter, ob supremam digni tatem

tem; eleganter, ob devotorum intuitum. Infantes, cùm S. Triados nomine abluuntur, testes fidei & obligationis habent, cùm maximè patrem, tum honestissimum par conjugum, & amicos honoratos alios etiam absentes, qui hujus rei & faciant fidem, & habeant curam. Hoc enim debere ajunt patrinos, ut in parentum locum concedant, & spiritualium liberorum rationem Deo reddant. non diligentior tutoris inspectio esse debet, quàm Patrini, dilectio fortasse major, quò arctius per Christum inter eos vinculum. Qui hic causam quærunt, scelus committunt: qui liberis optimos inspectores, & virtutū admonitores exorant, optimè consulunt. Sacra Cœna quoties exhibetur, ut omnes invitat, ita convivas habet, nisi quos ipsa necessitas impediat, omnes, quo concordiam suam testantur. Azymo Pane, & Vino sacra mysteria ad altare communicantur, nihilque hîc tenerè mutat supercilium. Quotquot adeunt, cor contritum, animam fidelē corpus ad emendationem paratum adferunt:

ferunt, ac paulò poſt ipſo opere quo
promiſere oſtentant. Hoc illis feliciſſ
mum Dicaſterium eſt, ubi offenſione
dirimuntur, & tolluntur. Nam qu
iraſci poſſit fratri, ut Deum renuere v
lit, aut admittere nolit, is horrori Re
publicæ foret, neutiquam tolerabili
Hîc ſe etiam ſiſtunt, qui, poſtquai
Diaboli fraudibus ſuccubuerunt, E
cleſiæ iterum ſunt reconciliati quor
ſaluti & reſipiſcentiæ ita ex animo co
gratulantur, uti caſui indoluerunt. H
maximi faciunt, ne quod ſcelus vel E
cleſiæ, vel Reipub. imputetur; ſe
Chriſtianâ expiatione ſemet & alios l
berant ac lavant. Qui id negligunt, ſu
& alienis delictis opprimuntur, Fuit t
men, cum apud Eccleſiam peccator
deprecarentur; nunc, quod malè ve
tit, ſecus eſt. Et gloriatur tame
Mundus diſciplinâ ſua nihil eſſe ſev
rius, nihil conſonantius, Quam ſa
laudem Majores noſtri ferunt: n
quid agamus, dicet aliquando, ſi eri
poſteritas.

87. I

87. De Absolutione & Excommunicatione.

QUas Christus commisit solvendi, ligandiq; claves, eas religiosissi-
mè asservant. dum alij earum alteram
sq; adeò levigant, alteram abscondũt,
t sint, qui illam atterere, hanc perdi-
isse eos dicant. Confitentur p ccatorũ
iorum summam singuli, permulti et-
im species, sive in amici (quo nemo
rctiore aliquo caret) sive in Ecclesia-
æ aures, qua se ingenuitate admodũ
llevari confirmant. Seriæ pœnitẽtiæ,
rdenti fidei, & studiosæ correctioni
Christus per Ministrum clementiam
pollicetur, simulationi Iustitiam cõmi-
tatur. Non metuendum est, ut Reli-
gionis Christianæ ignarus quisquaam
deat, cùm in scholis id quæratur, & cu-
etur solicitè. Cæterùm ut conscientiæ
diligentiùs sanentur, multi ex Religio-
is huic salubri negotio destinati sunt,
ed innocentiâ vitæ, & fervore Spiritus
electi. Si quis hominibus diffidat, ne-
no, ut penetralia referat, urgetur, sed
cordium scrutatori Deo relinquitur.

In retrogrados autem, vel duræ cervi-
cis homines poſt fraternas, paternas, &
magiſtratus admonitiones fruſtratas
DEI iram, Eccleſiæ dedignationem
Reipub. nauſeam, & optimi cujusqu
abhorrentiam pronunciant, eâ autori-
tate, ut idem concludere hoc Univer-
ſum, ſive Dei creaturas omnes appa-
reat. Hoc omni morte acerbius judi-
cant, & ad hominis reſtitutionem o-
mnes magno conatu conſpirant; relu-
ctantem & pertinacem tandem Repub.
eijciunt. Id antequam fiat, maximis &
ſordidis laboribus, vel flagris etiam co-
hærent, quibus malunt delicta puniri
quàm ſanguinem (quicquid id liceat)
fundere. Neque certè Mundus mul-
tum proficit, qui vel pecuniâ, vel igno-
miniâ, vel morte maleficos libenter ca-
ſtigat, conſcientiæ lethargum, quo un-
guntur præcipites, non excutit, ac pe-
tulantiam fame & laboribus nihil fran-
git, ut vel reſipiſcant, vel cohibeantur.
Malus ille Medicus, qui paratiùs uri
& ſecat, quàm purgat, & refocillat.
Nuſpiam felicior Reſpublica dabitur
quàm

ıàm quæ quàm plurimos ſervet ci-
:s,perdat pauciſſimos:cujus hoc prin
ps ad miniculum eſt, ſi Divinâ reve-
ntiâ inculcatâ, & peccatorum fœdi-
te expoſitâ,priùs diſcamus nolle pec-
re, quàm non audere: ſin omnino
ıdeamus, non poſſe pòſt, ſi omnino
rrumpamus, ut expiemus & luamus,
ligi.

88. De Matrimonio.

MAtrimonium ab ijs magnâ de-
votione ſuſcipitur, magnâ cir-
mſpectione aditur, magnâ huma-
tate colitur, magnâ obſervantiâ ha-
tur: nullibi tamen magis ſ curum
t. Nam cùm dotis inſolentia & victus
ricula abſint, ſupereſt, ut Virtutum
ntùm, interdum etiam formæ, fiat æ-
imatio. Viginti quatuor annorum
veni licet 18. an. Virginem ducere,
d non niſi parentum conſenſu, co-
atorum conſilio, legum approba-
one, DEI benedictione. Sanguinis
udeos maxima reverentia eſt. Jun-
ıntillos plerunque ingeniorum con-
formi-

formitas, morum amænitas; sed etian
quod rarum alibi, pietatis commenda-
tio. Impuritatis maxima culpa est, & l
gum in eos acerbitas. Sed, ablatis occ
sionibus, facilè evitantur delicta. Nu
ptiæ omnino nullas habent impensa
nullum strepitum; ne quid mundan
ineptias, aut insaniam expectemu
Sponsum deducunt juvenes, sponsa
Virgines, & sacræ copulæ animo
precibus applaudunt. Inde parent
utrinque ac proximi conveniunt,
dexteras nectunt, ac novitios conco
diæ, laboris, temperantiæ, sed maxin
devotionis & patientiæ admonent. I
absque ebrietate, quæ omnia alibi s
cra initiare sueta est, non verò absqu
hymno, & Christianâ congratulatior
maritantur. Dos omnino nulla, nisi D
promissio, parentum exemplum, art
utrinque scientia, concordiæ volupta
supellex ex publico cum æde assigna
datur. Atque hoc compendio illam n
stram Crucem, Supplicium, Carni
cinam, Purgatorium, & quocunqu
nomine inauspicata conjugia increp

us, tutiſſima & expeditiſſima red-
ant: quæ ſi quid fortè aſperitatis ha-
ent, omnium amicorum experimen-
s limantur & poliuntur, dum nihil in-
delitatis accedat, quod gravibus pœ-
is excipiunt. Nec enim Deus dolo-
m ſuum, quem ex noſtrâ deſertione
abet, quam parentalis & conjugalis
noris oblivione expreſſit, juſtitiam
elo probavit, ut ingratitudinem, &
erfidiam abhorreremus ſimul & pu-
iremus. Q æ duo enormia cùm in lu-
m verterit mundus, ſemper habet
equiores, qui nequam excipiant,
emper, qui illuſoribus ſeriò impo-
ant. Hinc tot impuritatis mala, quæ
ffundit vitia, confundit dotes, cir-
umfundit morbos, defundit maledi-
tionem, diffundit infamiam, effundit
onſcientiam, infundit ſaturitatem,
erfundit ſordibus, profundit opes, re-
fundit minas domini, ſuffundit de-
ſperationem, transfundit
pœnam.

89. De

89. De Mulieribus.

QUæ itaque feminæ jam ſunt
ctæ conjuges, ſolertiam ſua
quam in Collegio acuerunt, exhibe
Nam quicquid ex ſerico, lanâ aut li
humana induſtria perficit, ea mulieb
artis materia, & obiectum eſt. Diſcu
igitur filare, nere, acupingere, texere
variis modis ſpartã ſuam ornare. Aul
harum artificij ſunt, veſtes opificij, l
tiones officij. Supereſt, ut domum
iam, ac culinam curent, ac purgatas l
beant. Quicquid eruditionis impet
runt, ut ingenioſæ ſunt, ita diligenter
excolunt, non ob id tantùm, ut aliqu
ſciant, ſed etiam ut aliquando docea
In Eccleſiâ & Senaculo ipſis tacendu
eſt; non minùs tamen pietatem & m
res efformant, non minùs cœli don
riis elucent. Nihil huic ſexui à Deo n
gatum eſt, ſi pius ſit, cujus illa in omn
ævum benedicta Maria glorioſiſſ. e
emplum. Si hiſtorias audiamus, nul
virtus feminis inacceſſa fuit, in nul
non excelluerunt: cæterum multæ T

urnitatem vix aſſequuntur; habe-
as tamé,quas viris opponamus,quas
æferamus,aliquas Monicas,Eccleſiæ
ditas,parentibus gratas,maritis con-
rdes, viduitatis obſervantes, liberis
neficas, amicis officioſas, egentibus
les,omnibus commodas: quibus ut
atrem meam annumerem,cogit pie-
. Quòd ſi imperioſæ aliæ plurimæ
it,illorum culpa eſt, qui effeminati
ſculas duxerunt. Nihil periculoſius,
iam fœminas in occulto regere, vi-
s in aperto parêre. nihil eſt econtrà
nſultius, quam rem ſuam quemque
quamque curare. Rariſſimum illis
, nec maſculi facinoris verberare
njugem. Uxor, quæ vapulat, inter
as ſordet: concordiæ maxima jactan-
eſt. Monſtrum ſit corpore jungi, a-
no diſſentire. Mundus mulieribus
llus, niſi ille Petri 3. 3. dominium
llum, niſi in ſupellectilia, ancillari
am, quod mireris, nullum, niſi id
rbus aut caſus aliquis poſcat. Nul-
n pudet muliebris officij, aut tædet
ſervire marito. Ita labores honeſtos
nemo

nemo vir dedignatur, quovis mune
Non enim contraria sunt sapere, &
borare. Si modus adsit, nihil tam rat
nabile est, quàm publico bono con
lio juxtà & opere adesse.

90. De Puerperio.

Mulierum corona fœcundi
qua omnibus terræ Athl
excellunt; nisi fortè perimere ho
nem, quàm parere, majoris sit. Res n
raculo non caret, sustinere femin
tantos dolores, superare infantem ta
pericula. Natâ prole, id unum gratul
tur amici, civitatis cœlestis spem e
cætera futuræ miseriæ condolent.
omnino excedit, quod Christi nativ
te ad vitam renati sumus, qui morti
bebamur. Epulum natale nullum
id enim jam antè dixi, posse in
cris suis & solennibus vino car
quod alij nolunt. Obstetricum m
ma honestas est, nec nisi peritissi
admittuntur. Quo r ligiosior fem
eò huic negotio aptior; sed nec nat
co

ognitio desit. Nutrices, nisi casus im-
onat, non ferunt; volunt enim mater-
ım lac liberos sugere. Quæ Puerpera-
ım & infantum curam habeant, fe-
ınæ adduntur plerunque viduæ, qua-
ım hæc occupatio potior; sed etiam
venculæ, quæ infantibus serviant.
aptismus præsente Ecclesiâ confer-
r, nisi infans periculosè langueat.
n omninò abripiatur, sciunt tamen
lium sanguine Christi ablutum, ac
otimè sperant. Tempus puerperij
ı. dierum est, post quos Deo solen-
s gratias agunt. Cibus delicatior ex
ıblico datur, & qui conveniat. Nam
mulierum ars Medica est, haud infe-
. Viri, si velint, possunt interea alibi
vere; si nolint, non expelluntur.
onjugalis castitatis maximum stu-
um est apud illos, ac pretium, ne vo-
ptate sese frangant & enervent. So-
lis propagatio decus suum habet: li-
dinis æstus vituperium. Alij pecu-
ım instar cohabitant: quamvis pecus
ıbeat, quod iis exprobret, quos dece-

bat mutuo amore; mutuoque auxil
primùm curare cœlum, postea & te
ram: unde illi credunt etiam conjug
scortationem aliquam & pollutione
esse posse. O carnales, quibus no
tantùm illicitis, sed in licitis pecca
non est pudor! sed quid agamus, cù
saginæ undique & illicij triclinia sin
cùm jejunij, continentiæ, vigiliarum
laboris nomina apud nos suspecta,
invisa? Ita fit, ut, cùm omnia nobis li
re somniemus, quæ bona & salub
sunt, quæ pura & virginea, non
beant.

91. De Viduitate.

CUm morti nullum vinculum r
sistat, conjunctissimi etiam co
juges dissolvuntur. Si maritus mor
tur, uxor ædibus cedit, & ad viduan
sedes concedit, ubi reipublicæ alic
operâ serviat, nubuntque, si libeat, i
rum, non verò antè annum, priori
moris reverentiâ. Si mulier diem c

e,

at, viduus apud vicinum capit cibum, vel in publico cum aliis alitur, dum post annum aliam fortè ducat. Pupillorum nullum omnino periculum est, cùm æqualis sit omnium in Collegio cura. Nam parentes nemo in hac Republicâ tantùm habet; sed parentem ipsam Rempublicam. Viduarum æstimatio ex devotione, continentiâ & industriâ est: unde matrum loco honorantur, & formationi juniorum adhibentur. Decet enim, ut, quæ inanitatem hujus mundi sunt expertæ, incautiores admoneant, cohibeant, corrigant. Nec enim faciliùs Satan in nos cuniculos agit, quàm cùm meras delicias promittit, ubi minimum est voluptatis, doloris & tædij maximum. Hinc quotquot carne oblectari, vel ire peccatum laudant, aut nihil expertos, aut penè sensibus dementatos meritò judicamus. Mentis vesania est, mundum cognitum æstimare; simplicitas incognitum appetere. Itaque hoc viduitatis munus, opinionem & famam carnis

apud inexpertos minuere, apud impuros æstimatores, impetum increpare; cùm exemplo suo commonstrent, non esse carni semper obsequi necesse, imò abstinere ob ingentes usus, tam sacros quàm civiles, præstare. Sic enim caleamus, ne spiritus conflagret: sic restinguamus, ne exstinguamus spiritum: sic frigeamus, ut non gelascat corpus: sic foveamur, ne accendamus corpus. Displicet Deo luxuria, placet conjugium, viduitas ei honorata, virginitas in deliciis est. Maxima hominis castitas elegantia, maxima excellentia est, ubi Christus se ardentissimum sponsum profitetur.

92. De Senaculo.

TEmplo impositum est Prytaneum, locus ut rarissimis, ita augustissimis & maximè solennibus conventibus destinatus. His supremi Dictatores creantur, & mutuam fidem cum populo ineunt: hîc Statuta Reipublicæ

licæ recitantur: hîc exterorum legati udiuntur. Maximi ſplendoris etiam ioc eſt, ſive in Reipub. majeſtatem, ſi- e ut per oculos etiam, mentes gene- oſas erudiat. Nam ut mundi hiſtoria arie hîc expreſsa eſt; ita qui optimè er ebus mortalium meriti ſunt, maxi- iè reſplend nt. Vidi hîc inter He- oas Jo: Fridericum, Sax. Electorem & x meis Chriſtophorum Ducem Wir- emberg. PP. Chriſtianiſſimos, alios- que virtutibus non minores. Hîc im- erantis virtutis, vel vitij commoda, & incommoda exprimebantur: hinc igilantiæ germina, ſocordiæ zizania, umilitatis lux, ambitionis vertigo; llinc amoris robur, tyrannidis lubrici- as, exempli ſequela, diſſolutionis haos; alibi Veritatis ſimplicitas, ſophi- lices ſonus, poliruræ elegantia, barba- ici ſtrepitus: hîc Divini, Chriſtiani, umani, & Satanici Imperij facies, onſonantiæ, & differentiæ, leges & ationes repræſentabantur, ſine ubiq; ut felici, aut triſti appoſito. Hic ſupre-

mi judicij imago tam læta, quàm horrida exhibebatur, virtutum præmiis vitiorum pœnis artificiosè commonstratis. Quid dicam? hic mihi, aut nuspiam Microcosmum inspexisse videor, sumptus non temere profusos sed in hominis absolutam formationem impensos. Cum quibus si nos vel Deorum Cœlum, vel Satyrorum terram, vel Neptuni mare, aut Pluton inferna conferamus, quàm frigebimus, quàm ridebimur, humanum ingenium nisi fabulis & somniis ineptis non prostare, non in medium prodire, nec minus tamen cultus Divini, amoris in patriam, & eruditæ solertiæ opinionem, atque famam apud populum tueri velle!

93. *De Senatoribus.*

Senatores civium sunt ornatissimi pietate, integritate, industriâ conspicui, & longo rerum usu probati, numero XXIV. ex trinis Ordinibus pa-

rite

ter delecti, & apud cives ob affectum Rempub. optimum tam honorati, quàm dilecti. Hos extulerunt Cives, non ut omnibus virtutibus eximerent, sed velut earundem luminaria omnibus præficerent. Hinc omnium pro religione, pace, & eruditione zelus; inde rerum bonarum omnium affluentia. Non gaudent senatores aliis inambulare, aut succum extrahere, aut otiosè saginari: sed, ut sol solet, omnibus illucescunt, omnibus conferunt, omnibus laborant. Si quid gravius incidat, & ipsi Deum ardenter implorant, & populi preces deposcunt. Majorum vestigia laudabilia curiosè observant, & posteritati inviolata transmittunt. Nuspiam vidi diligentiorem præteritorum indagationem, nuspiam futurorum magis solicitam curam. Hinc præsentia ad regulas subinde examinant, &, si qua particulâ declinarunt, revocant. Si quid in meliorem formam perfici potest, maximopere gaudent occasionem datam, qua, cur

vixerint, poſteris teſtentur: hoc tamen vitæ laudabile penſum judicant, ſi rei publicæ florem & incolumitatem ſer varint. A priſtinæ vitæ tramite nemo ſe abdicat, ut appareat, non alios facto homines, ſed in ſui muneris dexterita te approbatos: ita labori ſive honeſtæ occupationi honos ſuus ſervatur. De crepitos ut magis honorant, ita minù onerant, & junioribus ſuffulciunt: un de Extraordinariorum XII. alij ſubſti tuti. Si quis enormiter peccet, quod vi contingere poſſe ajunt, loco movetur & graviſſimè in eum animadvertitur Præmium omnium recti conſcienti eſt, qua exultant, potuiſſe Divino aux lio propagare Evangelium, tueri ſubdi tos, excolere juventutem, orna re terram, adaugere cœlites.

94. De Hortis.

CIrca Collegium duplex horto-
rum ſeries eſt,una indiſtincta,al-
era in civium ædes diviſa,utraque plus
nillium vegetabilium ſpeciebus ita
dornata, ut vivum ſit Herbarium.
Non autem licet ordinem diſtributio-
ıis confundere, qui hortulani indu-
triâ cœli plagis aptatus eſt,& colorum
oncinnitate mirum quid, & quaſi pi-
ctam tabulam refert. Ex animantibus
ves caveas hîc ſuas habent, apesque
lvearia quàm plurima, quæ ſolicitè
urantur.Quæ ad rē medicam,aut culi-
ıam,aut coronas faciunt,ſuas etiam ſe-
les habent.Hinc multiplicem uſum &
voluptatem habent, ſuaveolentiam,
ëris correctionem, mel, pharmaca,a-
ium concentum,informationem. A-
quæ irriguæ ſatis eſt, quam artificioſæ
iſtulæ ſpargunt, nec etiam Muſica ab-
ıorret ab aqua;ſed hic ſumptus nimios
vitant. Extra mœnia ſpatioſiſſimos

hortos habent, quibus victui satis faciunt: nam illi interim ad elegantiam magis consiti sunt. Discunt autem hîc humanam speciositatem arbitrari, quæ unius anni florilegium est; enascimur, exsurgimus, floremus, flaccessimus, arescimus. Ex nostro interitu ortus iterum & multiplicatio. O Beatos illos, qui inter salutares herbas discunt etiam confidere Deo, qui flores nutrit, & vestit sine illorum cura! discunt donorum varietates & differentias hîc annotare, & gratum odorem Deo connectere! Et quid opus est, enumerare quid homo ex Dei creaturis discat, cùm in nutissimum folium lectionem integram habeat? Eos potiùs miremur, qui cùm terram maximè diligant, quod optimum est terræ, ejus usum & elegantissimam picturam negligũt, neque tamen volunt videri terram onerare, quam non nisi barbaris pedibus calcant. Nos ob perditum paradisum ingemiscamus, & restituendum desideremus. Nam ut res natural-

jam

m vitiato lumine intuemur: ita per
gnum Crucis visu aliquando reddito,
nnium non superficies, sed penetra-
i intuebimur.

95. *De Aqua.*

AQuam Christianopolitani non minùs habent, quàm terram
ropitiam. De Navigatione apud alios
unc nihil dicam, qui fungorum instar
ico se non movent, fortasse aliquando
itegrâ recitatione id facturus. Nunc
uid potui & ablutioni apud illos ser-
iat, hic annotandum est. Fontis limpi-
issimi divitem scaturiginem urbi in-
oductam per compita primùm, dein
tiam ædes distribuerunt, ut undique
qua abundet, & è proximo petatur.
Deinde occultis canalibus lacus ef-
luentis rivulos per sordium receptá-
úla deduxerunt, ut quotidianis inqui-
amentis ædes evacuent. Quo nescio
n excogitari possit ad publicam salu-
ritatem aliquid convenientius. Un-

de mihi oppidò ſapuiſſe viſi ſunt, qui hominem non tantùm comtum & criſtatum, id eſt, pudore & ſchemate involutum, ſed inter ſua erubeſcenda nudatum, & neceſſitatis humanæ convictum voluerint adjutum, ac liberaliter habitum. Hæc enim ut nos nobis exprobrant, & ex illâ imaginationum aurâ ad luti fœtorem retrahunt: ita ſimul rationis admonent, qua minùs lutulenti habitemus. Hinc balnea illis, ab omni ætate uſurpata; ſed quæ illi privata volunt, frequentia ſunt, publica niſi juventutis nulla, carnis nuditati metuentes: hinc ſeceſſuum eluviones ſanitati conferentes; hinc veſtium lotio, quas homo variè inquinavit, & quæ ſunt alia hominum detergentia. Vah corpus! quàm ſordes! quàm fœtes! quàm fluis! quàm ſudas! quàm ſquales! quàm putres! & animæ tamen places, animæ imperas, animam fatigas, animam deprimis! Miſerere, ô fons vitæ, & ſaniem illam, illud pus noſtrum, illum impurum ſangui-
nem,

.em, cruore tuo ſanctiſſimo ablue, & ıſtra, ut qui noſtra impuritate ſumus bominabiles, tuæ innocentiæ ſtolâ ıduti reddamur in conſpectu Dei acceptabiles, neque pudefiamus, quando eddes unicuique ſecundum opera ıa!

96. De Senibus.

SEnes utriusque ſexus maximo habent in pretio, itaque curant, ne ullì afficiantur moleſtiâ: cùm ſenium iſum morbus ſit. Habent ergò, qui os foveant, exhilarent, honorent, conılant. Nam cum eos & animi & cororis vires deſtituant, ſemper ſunt ſufulciendi: cùm vitæ humanæ tædio, & ot calamitatum, ac ſuorum etiam errorum memoriâ langueant, juvenili aıcritate temperandi ſunt: cùm maxinis laboribus & in rempub. meritis ısque ad corporis curvitatem ſpectatâ ide & ſedulitate ſint defuncti, nihil ıonoris & reverentiæ ad gratitudinem

eis sufficit: cùm denique vitæ humanæ maximas, non theoriæ aliquâ subtilitate, sed praxeos asperitate, & perplexitatis terrenæ experientiâ, possideant, nihil tam ingeniosum & volatile potest excogitari, quod non ad senectutis cotem affrictum, multum de opinione sua remittat, & mortalitati propiùs se accommodet. Quæ sanè axiomata si quis juvenum sciret, quanto errore, sudore, pudore, periculis & plagis senibus constiterint, quæ illi nunc sepulta intra se habent omnia, & unico CAVE comprehendunt, nunquam ita temerarius foret, ut senilia rideret consilia, sua admiraretur. Sed & hoc senes conferunt, ut, cùm magnam turbam cognitorum ad quietem suam præmiserint, cùm emergere tandem bonos, & occidere malos viderint plurimos, cùm Dei regimen & Ecclesiæ naviculam contra Satanæ insultus & turbines pergere & eluctari animadverterint, cùm succrescentem virtutum sobolem, & pietatis propaginem
sin

ut intuiti, atque ita libenter ad vitæ
itum se componant, omnibus mor-
i humanitatem & commoditatem
mmendent, omnibus Mortis fami-
ritate præeant. Nam quia omne no-
um studium, omnisque sapientia,
l, nisi mortis meditatio, est; decet, ut,
ui temporis plurimum in iis insum-
erunt, mortalium cunctorum mortis
ut peritissimi.

97. *De Advenis & pauperibus.*

N advenas & peregrinos maximæ
& humanitatis & liberalitatis sunt,
ujus vel ego infimæ sortis homo, te-
imonium evidens sum. Id tamen cu-
nt, ne quà hospitum licentiâ aliquid
ontagij cives contrahant. Caupona-
im alicubi flagitia ipsis inaudita, &
icognita sunt: quæ, si scirent, execra-
entur. Hospitem uno & altero die fru-
aliter habent; exulem aliquandiu a-
unt, ægrotum benignissimè curant.
auperem & fovent quo ad satis, ac
non.

non ſine ſtipe dimittunt; omnes tam
ſcrupuloſè verbis & opere examinan
ac exinde tractant. Mendicum nullun
ſciunt, nec ferunt; ità enim judicant, ſ
quis omnino egeat, non admonendan
eſſe rempublicam officij ſui, quorun
neutrum apud eos fieri poteſt, & dece
ſi quis corpore valeat, nunquam licer
eum operam ſuam Reipub. denegare
quę ad recipiendum inde victum ſuffi
ciat. Quod tamen utrumque alibi ne
gligitur. Nam cùm haud raro eſuriant
qui maximis laboribus defunguntu
cumque ſub onere lapſi derelinquan
tur & abijciantur; contrà qui divin
donaria turpiter ejecerunt, quique car
nis mollitie omnem ſudorem ſubte
fugiunt, ex publico plerunque alantu
fieri non poteſt, quin panis filijs ere
ptus canibus proijciatur. Id verò omni
no ex Mūdi regulâ debemus, Nā quo
rum opulentia plærunque impietati &
luxui ſervit, rarò atque corruptiſſimè
membra Chriſti adjuvat, ea merito im
poſtoribus, agyrtis, circulatoribu
ſym

mphoniacis, ciniflonibus diripien-
exponitur, ut appareat, ſordere
riſto tam malè partos nummos, tam
iquo poſſeſſori objectos. Interim
n deeſt Chriſto, qui ſuos ſuſtentet,
os indigentia etiam ſaturat; ſed nec
ſunt, qui veſtes exutas proijciant, &
hriſto viam ſternant. Ego certè, cum
undum in me ſemper avarum, ſem-
r tenaciſſimum & ſordidum ſim ex-
rtus, apud Chriſtianopolitanos didi-
, ſupereſſe, qui ob Chriſtum, & per
hriſtum omnia communicare ge-
ant.

98. *De Aegrotis.*

MOrborum ut variæ ſunt ſpe-
cies, ita multiplex debet eſſe
ſtra pietas. Quod maximè obſervāt
hriſtianopolitani, qui animas, ani-
os, & corpora afflicta didicerunt
rare & ſolari; huic rei omnes incum-
nt, ut & ſibi, cùm opus eſt, adeſſe &
ijs poſſint. Medicina, Chirurgia, cu-
lina

ſtina ægrotantibus æqualitet debentu
omniumque promptitudo concurri
Non hîc ſuperior Pharmacopoliū ex
haurit, inferior ſine lenimento tor
quetur: non Medicorum apud magna
tes turba eſt, apud minores ſolitudo
quamvis omnino in Mundo plures di
vitum à Medicis interimantur, quàn
pauperum. Mulierum & viduarum
maxima hîc opportunitas eſt atq; dex
teritas, quibus Reſpub. languentium
curã perhumaniter commendat: qui
etiam hoſpitia habet, huic rei deſtina
ta. Solent autem præ reliquâ medicin
ægrotorum animos excitare, & priſt
ni roboris admonere, ne quid fortitu
dini Chriſtianæ decedat; deinde ſolit
temperantiæ commonefacere, ne n
mium tumultuanti corpori indulgeã
poſtea etiam ad obſequium Medicin
attemperare, ut inſuavitatem curati
nis non abhorreant. His ſane tribu
Crux Chriſti excipitur, imponitur, fe
tur: Cùm peſtis ſævit, mirum dictu e
quàm minimè diffugiant; ſed manu
D

hi exſpectent. Nam qui credit, apud Deum Voluntatis ſuæ numerum iniri, nunquam cogitat, quomodo ſe eximat, aut ſubducat. Quibus mens emota et vitiata eſt, ſi tolerari poſſunt, inter patiuntur; ſin minùs, humaniter ſervant. Quod idem cum enormiter monſtroſis habetur: id enim ratio jubet, ut, quibus natura fuit iniquior, humana ſocietas benignior eſſe velit, quem & nos Deus non, quales vult, habet; ſed, quales ſumus, infinitâ manſuetudine, & longanimitate ſuſtinet.

99. De Morte.

QUis dicat, Chriſtianopolitanos, cùm benè vivant, malè mori? imò, cùm ſemper moriantur, quis vituros aliquando dubitet? Hæc una Reſpublica Mortem neſcit, & tamen illud ſe habet perfamiliarem. Cùm ad ſomnum ſe (ita Mortem vocant) componunt, magnam animi præſentiam affectant. Teſtantur religionem ſuam, & fidei

& fidei pignus Christum habent. Te
stantur amorem patriæ quam pio vo
to obsignant: reliqua Deo relinquun
Nullis testamentis opus habent; si qui
tamen fieri volunt, amicis id commu
nicant. Si cum morte conflictentu
publicæ preces fiunt pro Christian
athletæ victoriâ. Si anima angatur, præ
stò sunt Divinæ Veritatis testes, & in
terpretes, qui omnibus Christianis be
nèvelle Deum, confirmant. Si corpu
cruciet, futuri solaminis, sanitatis, glo
riæque perpetuæ fiducia opponitu
Quid multis hæc explico? singulis su
debentur, & exhibentur. Moritur
multi adesse solent, ut Vitæ human
& Christianæ catastrophen intueantu
nam quæ nulla præcepta apud nos im
petrant, unicum exemplum evinci
quamvis in illa humilitate & æqualita
te parum habeât, quod illis Mors auf
rat: tamen vel ipsum corpus nobis n
mium, est, è quo non sine tremore ex
pellimur, quod horridum post nos r
linquimus. Defunctis propitium De

c

jam ſiſtuntur, toto animo precan-
u,& loco inutilis planctus hymno ad
accommodato animulam commen-
ıt:denique vovent, ut, cùm Deo vi-
n fuerit,corde contrito, corde fideli,
:de conſolidato in Jeſu Chriſto bea-
obdormiſcant.

100. De Sepultura.

Corpus exanime albâ ſtolâ induūt,
& alterâ ab obitu die apertâ facie
erunt, ac magno numero comitan-
r. Præcinit juvētus Prudentij & alios
os hymnos: ſequuntur proximi facie
plurimùm ſerenâ, veſtibus nihil
utatis. Congratulationem enim
hriſtiano deberi ajunt, non luctum;
:que illas pompas aliud facere, quàm
nos frangant. Cùm ſepulcro eſt illa-
s, & matrē ſuâ tectus, Verbum Dei
ıdiunt, quod ad mortem animet, &
l vitam informet. Memoria beati fe-
nulla hic eſt; quoniam ajunt, id in-
ruptè fieri vix poſſe. Qualis quis-
que

que fuerit, Deus novit, & posteritas l
quitur. Quod tutius, quàm emptu
aut extortum, certè confictum el
gium. Laudatorum fama in fastis s
vatur, & ipsa passim loquitur, qua
suspectam apud nos reddit illa Her
pluralitas & turba. Cœmeterium p
amplum est & pulcherrimum; sed e
tra urbem, quam viventium esse p
tant. Vidi circum parietes Mortis ch
ream universas carnis species ad tum
lum deducentis, affabre & ingenios
simè depictam. Tumulus nemini, n
Crux ferrea, cui nomen demortui i
pressum: Hinc posteri suos majores r
meraut. Si obsoletior ea sit, removet
& exequiali libro inscribitur, ubi fa
liùs requirūtur. Hæc apud eos neglig
tiùs fieri, mirum non sit, cùm mini
vitam hanc æstiment, & ad illam as
rent. Unde nec hæc, nec aliæ illoru
à nobis diversitates absurdæ videri
bent: cùm omnino constet, quisqu
vitæ beatæ consequendæ habet de
derium, ei nobiscum quidem crede
du

dm, toto verò cœlo aliter esse viven-
cm.

HÆc sunt, *Christiane lector*, quæ vidisse & audivisse in beatâ illâ *vitate Dei* mihi videor, & didicisse igenuè profiteor: ubi hoc maximè let, nec memoriam meam ad tot rem varietatem suffecisse, nec adesse ad primenda ea, quæ retinui, eloiium, ut facilè appareat, nunquam isse Historicum. Velim autem nunc ihi eorum stilum, qui plus, quàm virint, recitant: ego omnino minùs retre posse confiteor. Quòd si etiam on satis dextrè mentem eorum & intuti rationes accepi, est, cur indociatem meam lugeam, & lectores eos moneam, ne quid *Christianopotanis* potius, quàm mihi imputent. eri potuit, quod metuo, ut minora timarim, majora neglexerim, ut res æpostero ordine enumeraverim, u

earumt

earum admiratione confusus fuerin
ut ad regiminis centra admissus min
mè sim. Quid me vultis aliud? juven
sum, qui *arcana Reipublicæ* nondu
capio; sed externam tantùm conci
nitatem suspicio. Quòd si penetra
illa datum aliquando fuerit, non dec
quacum aliis id communicem, ing
nuitas. Superest, ut audiamus, qu
modo hic discesserim. Id Deus n
sinat, ut separari ego me ab hac Rep
blicâ unquam patiar! Cæterùm cù
omnia perlustrassem, reductus sum
Cancellarium, ut, quo animo in civ
jam essem, explicarem. Is, Vidisti, i
quit, amice hospes, quid vivamus
ubi? ut humana omnia imperfec
sunt, nihil supra sortem nostram co
monstrare potuimus: mitigavimus a
tem, quod speramus, mortalitatis n
stræ onera, atque ad hunc, quem t
ostendimus, modum. Hic placui
non quia omnibus exactior, sed fo
tasse facilior: quæ annexa sunt inco
moda, administrationis vigilantiâ su
leva

vantur. Si is vitæ ſcopus ſit, ut co-
mus DEUM, & amemus fratres, non
nti erunt humanæ minutiæ, ut Chri-
anos anxios habeant & fatigent. Tu,
m ad tuos redieris, omnia mitiſſi-
è interpretator & moderatiſſimè.
udem nullam affectamus, invi-
am deprecamur, vel, ſi exorari non
ſſit, feremus. Nobis noſtra tugu-
,illis ſua palatia curæ erunt. Si omni-
ſæviunt, precabimur, ne eos ma-
ad nos transvehat. DEUM eun-
m colimus, Religionem eandem
ofitemur: ſi moribus differamus,
udi id nobis eſſe non debet, cùm
b alio cœlo habitemus. Neque cer-
mores noſtros aliis obtrudimus, aut
ius omnes defenſum usque ad i-
iem. Dijudicent nos boni, erudiant,
rpant: videbunt non minùs eſſe do-
es, quàm patientes. Quòd ſi illi o-
nia ſua excuſaverint, nos noſtra et-
m accuſabimus, atque meliora eſſla-
tabimus. Interim ferant unius ac
inutiſſimæ Inſulæ paradoxa. Tu ve-


verò noster vel hic, vel alibi, oramus
esto. Non tenui ego lacrimas, cùm
hujus humanitatem aliorum rigidita
conferrem, & tremula voce: Veste
ero, inquam, quemcunque mei me d
cant: hoc vobis dedico corpus meum
cùm aliud nihil supersit, ut anima lib
rior sit. Liceat tamen ad meos redir
& honestam missionem petere, 1
transfuga audiam. Risit hic Canc
larius, &, ô obsequentem, inqu
præteriti, futuri timidum: Abi tame
mi hospes, quocunque volueris,
Rempub. nostram cum melioribus
liis conferto, ut, quod ubique co
modum & bonum videbitur, ad n
referas. Non enim anteferri aliis v
lumus, sed comparari. Nemo æq
benevolus erit, quàm qui cœlor
regno propiùs aptarit, qui à terra
moverit longiùs: unde dudum no
exoptavimus sedem, ut infra cœlu
sic supra Mundi hujus cogniti col
viem. Tum ego: Aut omnia me
sunt, inquam, aut apud vos erit; ubi

qu

ciescam. Si quid terra melius habeat,
n ego dignus forte sum, qui melio-
ous fruar: Huic Reipub. vestræ ad-
co labores meos, studia, vota, preces:
gimen mei vobis trado, qui aliis im-
prare didicistis. edam, bibam, dor-
am, vigilabo, loquar, silebo vestro
tu; DEUM adorabo & colam vo-
cum. Nunc id unum quæro, an
nicos etiam meos advocare liceat.
os per orbis plagas dispersos habeo,
os optimos? Omnino, respondit
ncellarius: nec enim tam angustè
bitamus, quin bonorum integram
remem hospitari possimus. Dum
c loquitur, hora meridiei duodeci-
a sonat, & campanularum dulce me-
s auditur, quæ solemnium precum
monitio est. Itaque valere, & in Do-
ino ire jubet, ac salvum sub DEI
nductu reverti quàm numerosissi-
is comitibus; Cumque amoris Chri-
dexteram porrigeret: Cave, mi fra-
r, inquit, ne te Mundo reddas, & à
bis abalieneris. Tum ego cordatior:

Ubi tu, inquam, diversaberis, ego diversabor: communis mihi tecum erit populus, communis DEUS: Ubi tu morieris, ego moriar, ibique sepeliar: atque ita mihi sit Jehova propitius, ut una me mors à te divellat! Inde benedictionem cum pacis osculo accipio & abeo, atque jam inter vos ob ambulo, ut, si hæc placeat Respublica, hic DEI cultus, hominum conversatio, ingenij formatio, cum bono DEO me cum propediem, quotquot estis boni, illuc eatis. Salvete, & valete in Christo.

FINIS.



A *Templum cum Prytaneo.*
B.C.D.E. *Collegium.*
F G.H I. *Hortus Physicus.*
K L M N *Hortuli Ciuium*
O P Q R. *Interior series ædium Ciuicarũ*
S T V W *Publica platea*
X Y Z ✠ *Exterior series ædium.*

1 2 3 4. *Hortuli.*
5. 6. 7 8 *Officinæ et promtuaria.*
9 10 11 12 *Quatuor portæ.*
13 14 15 16 *Quatuor propugnacula.*
17. 18. 19. 20 *Pomeria*
o o *Loca fontium*

